





20

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

20: C. 44

~~2-3. 69~~

13-14. C. 9

~~20~~ 20

47





FAVENTINA

SYNODUS CELEBRATA

Ab Eminentiss. ac Reverendiss.

S. Cæsarei Diacono

CARD. NIGRONO

EPISCOPO FAVENTIÆ,

*Atque oculis Eminentissimorum, ac
Reverendiss. Cardinalium*

CARPINEI, CASANATÆ

E T

MARESCOTTI.

Sac. Congreg. Concilii Tridentini
luminum illustrata

REGNANTE SANCTISS. D. N.

INNOCENTIO


P A P A XII.



ROMÆ. MDCXCV.

Typis Joannis Jacobi Komarek Boëmi propè
S. Vincentium & Anastasium in Trivio.

SUPERIORUM PERMISSU.



ÆDICTUM

INDICTIONIS

SYNODI

FAVENTINÆ.



JOANNES FRANCISCUS

TIT. S. CÆSAREI

S.R.E. Diac. Card. Nigronus

Episcopus Faventinus.



*Astorali sollicitu-
dini nostræ Fa-
ventinæ Civita-
tis, & Diœcesis
Cura commissa*

*deposcit, ut quæ per Sacros
Canones, & generalia Conci-
lia religiosissimè sancita fuere
nos omni solertia servare stu-
deamus. Itaque ex Sacro
Conc. Trid. præscripto Diœce-*

A 2 sanam

*sanam Synodum in hac Fa-
ventina Civitate celebraturi
ad diem trigesimam primam
sequentis Mensis Augusti in-
cipiendam, prosequendam, &
Domino Adjuvante ad ipsius
laudem, & Gloriam, totiusque
Gregis nostri salutem absol-
vendam, auctoritate nostra
Ordinaria, omnique alio me-
liori modo &c. pro moderan-
dis, ejusdem moribus, corri-
gendis excessibus, aliisque ex
Sac. Canonibus, ex Conciliis
præmissis perficiendis indici-
mus, annuntiamus, convo-
camus, statuimus, atque de-
cernimus per hoc nostrum E-
dictum, quod ad loca solita
affigi, & promulgari jussimus,
omnes, & singulos nostræ Ca-
thedralis, Collegiatarum, Pa-
rochialium, Simplicium, alio-
rumque quarumcumque Ec-
clesiarum, & Beneficiatorum
Civi*

5

*Civitatis, & Diœcesis prædi-
ctæ cujuscumque Ordinis,
Clericos quoscumque, qui de
jure, vel consuetudine Synodo
interesse tenentur, requiren-
tes, hortantes, ac in virtute
Sanctæ Obedientiæ sub pœnis
à Jure, vel consuetudine, ad-
versus non accedentes ferri,
& proponi solitis Mandantes
omninò, ut ipsimet (nisi fortè
justo detineantur impedimen-
to. de quo tamen facere com-
pellantur fidem) Diœcesane
huic Synodo, quam in dicta
Cathedrâ celebrabimus ad-
esse penitus, & interesse te-
neantur præstituta die 31.
Summo mane super pelliceis
mundis, & aliis requisitis con-
veniendò; Indeque nisi tota
Synodo completa, & Benedi-
ctione obtenta, absque nostra
licentia, sub dictis pœnis non
discedendo; ut auxiliante*

*Domino , ea pertractemus ,
 promulgemus , & perficiamus ,
 quæ ad Animarum earum-
 dem salutem , Clerique præ-
 dicti disciplinam , & Divini
 cultus incrementum pro tem-
 poris ratione pertinere cense-
 bimus . In quorum fidem &c.
 Datum Faventie ex Episco-
 pali Palatio , hac die 22. Julii
 1694.*

**I. F. Card. Nigronus
 Episc.**

JOAN.

7
JOANNES FRANCISCUS

DIAC. S. CÆSAREI

S.R.E. Cardinalis Nigronus,
Miseratione Divina
Episc. Faven-
tinus.

*Universo Diœcesis suæ Clero,
sempiternam in Domino
fœlicitatem.*



Diœcesanam Syn-
nodum ab initio
suscepti hujus
Ecclesiæ regimi-
nis, votis omni-
bus exoptavimus, tum ut
obtemperaremus Sacrosan-
cti Tridentini Concilii De-
cretis, quibus urgetur Epi-
scopalis sollicitudo ad hos
Sacros confessus frequenter
cogendos; tum quia spera-
bamus Nobis in Christi no-

mine congregatis adfuturum ex sua promissione luminum Patrem, meliora consilia inspiraturum ad optimam totius Diœcesis gubernationem. Verùm aliò vocati, modò Romani Pontificis obedientia, ut Bononiæ Legatum à Latere ageremus, modò impellente non semel universalis Ecclesiæ necessitate, Romæ interfuturi Purpuratorū Patrum comitiis, in eligendo Petri Successore convocatis, modo utilitate Populorum Nobis commissorum pro visitatione promovenda, in hæc usque tempora totius Cleri congressum protrahere coacti sumus, non sine mœrore animi Nostri. Tandem suspensam jam diù manum operi, quo citiùs datum fuit, admovemus, & ab-

& absoluta totius Dioecesis
 Visitatione , ea Synodalia
 Decreta promulgamus, quæ
 corrigendis excessibus , era-
 dicandis abusibus , promo-
 vendis pietatis officiis visa
 sunt opportuna ; Deum ex
 animo deprecantes , ut le-
 ges hæc de totius Cleri con-
 silio firmatæ , sint præsen-
 tium malorum remedia , &
 cautio futurorum . Id equi-
 dem eveniet , quando hæc
 Nostra Decreta bono animo
 excipiantur , & fideli obe-
 dientia custodiantur . No-
 bis enim, ut nihil in hac Sy-
 nodo propositum fuit, quã
 Dei gloria , & salus anima-
 rum , ita nihil gratius po-
 test accidere , quam ut hæc
 Nostræ Constitutiones ita
 ferventur , ut Divini nomi-
 nis cultus , & Nostri gregis
 in spiritu profectus ad æter-

10
ni Numinis gloriam, veram-
que totius Diœcesis fœlici-
tatem augeatur. Valet.

Imprimatur.

Si videbitur Reverendiss. P. Mag.
Sac. Pal. Apost.

*Sperellus Episc. Interamnen.
Vicesg.*

Imprimatur.

Fr. Thomas Maria Ferrari Ordinis
Præd. Sac. Apost. Pal. Mag.

I N.

I N D E X

CAPITUM.

PARS PRIMA.

De Spectantibus ad Fidem Catho-
licam, & Religiosum Dei,
Sanctorumque
cultum.

- C** Ap. 1. *De Fidei Professione*.
Pag. 17.
- Cap. 2. *De Prædicatione Verbi Dei*.
Pag. 19.
- Cap. 3. *De Doctrina Christiana*.
Pag. 20.
- Cap. 4. *De Congregationibus Sacræ
Scripturæ, Casuum Conscientiæ,
Sacrorum Rituum, & Concilii
Tridentini*. Pag. 21.
- Cap. 5. *De Sacrosanctis Ecclesiis*.
Pag. 25.
- Cap. 6. *De Festorum dierum obser-
vantia*. Pag. 27.
- Cap. 7. *De Sacris Reliquiis*. ibid.
- Cap. 8. *De sacris Imaginib.* Pag. 28.
- A 6 Cap. 9.

12 INDEX

Cap.9. <i>De Horis Canonicis.</i>	Pag. 30.
Cap.10. <i>De Confraternitatibus Lai- corum.</i>	ibid.
Cap.11. <i>De Processionibus.</i>	Pag. 31.
Cap.12. <i>De sacro Jejunio.</i>	Pag. 32.
Cap.13. <i>De Hebræis.</i>	Pag. 33.
Cap.14. <i>De Ludi litterarii Magi- stris.</i>	Pag. 34.

PARS SECUNDA.

*De Spectantibus ad
Sacramenta.*

C ap.1. <i>De Sacramentis in ge- nere.</i>	Pag. 35.
Cap.2. <i>De Sacramento Baptismi.</i>	Pag. 36.
Cap.3. <i>De Sacramento Confirmatio- nis.</i>	Pag. 38.
Cap.4. <i>De Sacramento Sanctissima Eucharistiæ.</i>	Pag. 40.
Cap.5. <i>De sacrificio Missæ.</i>	Pag. 42.
Cap.6. <i>De Sacramento Pœnitentiæ.</i>	Pag. 46.
Cap.7. <i>De Casibus Reserv.</i>	Pag. 49.
Cap.8. <i>De Confessariis Cathedralis.</i>	Pag. 52.
Cap.9.	

INDEX 13

Cap.9. De Sacramento <i>Extremæ</i> <i>Uctionis</i> . Pag.	ibid.
Cap.10. De Sacramento <i>Ordinis</i> . Pag.	53.
Cap.11. De Sacramento <i>Matrimo-</i> <i>nii</i> . Pag.	54.

PARS TERTIA.

*De Spectantibus ad Episcopum ,
Vicarium Generalem , cum
suo Tribunali , Ecclesia-
sticos , Laicos , &
loca Pia .*

C ap.1. De <i>Vicario Generali cum</i> <i>suo Tribunali , & de vita , & honestate Clericorum</i> . Pag.	58.
Cap.2. De <i>Officio Parochi</i> . Pag.	66.
Cap.3. De <i>Collegio Parochorum Ci-</i> <i>vitatis</i> . Pag.	69.
Cap.4. De <i>Vicariis foraneis</i> . Pag.	70.
Cap.5. De <i>Exequiis , & Funerali-</i> <i>bus</i> . Pag.	71.
Cap.6. De <i>Monialibus</i> . Pag.	73.
Cap.7. De <i>Confessarijs Monialium</i> . Pag.	75.
Cap.8. De <i>Tertiarijs</i> . Pag.	76.
Cap.9. De <i>Regularibus</i> . Pag.	77.
Cap.10.	

Cap. 10.	<i>De Seminario Clericorum.</i>	
Pag.		79.
Cap. 11.	<i>De Hospitalibus.</i>	Pag. 80.
Cap. 12.	<i>De Sacro Monte Pietatis.</i>	
Pag.		81.
Cap. 13.	<i>De Locis, & Legatis Piis.</i>	
Pag.		82.
Cap. 14.	<i>De Cappellanis Oratorio- rum, & Confraternitatum.</i>	
Pag.		85.
Cap. 15.	<i>De Clericis infervientibus Ecclesiis.</i>	Pag. 86.
Cap. 16.	<i>De Meretricibus Concubi- natu Lenociniis, & Vestitu Fœ- minarum.</i>	Pag. 87.
Cap. Ult.	<i>De Constitutionib.</i>	Pag. 89.


In Nomine Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii,
& Spiritus Sancti.

Amen.

*Nos Joannes Franciscus S. Cæsareæ
S.R.E. Diaconus Card. Nigronus,
Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia
Episcopus Faventinus, monitiones,
ordinationes, Decreta, Statuta,
Constitutiones, ut infra facimus,
statuimus, decernimus, & pro-
mulgamus.*

MOres Populi Nobis commissi
ruere quotidie in deterius
dolentes agnoscimus, ea præsertim
de causa, quia ab Ecclesiæ Rectori-
bus earum Constitutionū observan-
tia negligitur, quæ à Nostri Præde-
cessoribus, & à nobis sancitæ fue-
runt. Quapropter ut antiqua De-
creta reflorescant, & nostra perpe-
tuò vigeant, Diœcesanam Syno-
dum convocavimus. Quia autem
Eminentissimus Rossettus in suis
Synodalibus Decretis ferè omnia
complexus est, quæ ad Cleri insti-
tutio-

tutionem , & informationem faciunt; Nos paucis de novo adjectis , ea breviter libabimus, quæ in defuetudinem videntur abiisse, cæteris tamen in suo robore permanfuris , quæ nostris non adverfantur.



SYNODALES

CONSTITUTIONES

Editæ in Ecclesia Cathedrali

FAVENTINA.



PARS PRIMA.

De Spectantibus ad Fidem
Catholicam, & Religio-
sum Dei, Sancto-
rumque Cul-
tum.

CAPUT PRIMUM.

De Fidei Professione.



VONIAM Dei be-
neficio nobis datum
est per Christum, ut
in eum credamus,
donum fidei electum
intimo cordis affectu

Deo acceptum referre debemus, &
oris confessione profiteri.

Fi-

Sefs. 25. de
Refor. c. 2.
Constit. in
sacrof. Con-
stit. Injun-
ctum.

Fidei professionem juxta Sacrosancti Concilii Tridentini Decretum, & Pii IV. Constitutionem, juxta formam ab ipso Pio Statutam, antequam munus exerceant, emittant omnes obtinentes quascumque Dignitates, Canonicatus, Beneficia tam curata, quam simplicia, Concionatores, Confessarii, Doctores, Lectores, cujuscumque facultatis, Ludi litterarii Magistri, Medicinæ, & Chirurgiæ Professores, Vicarius noster Generalis, Vicarii foranei, Cancellarii, Notarii, cæterique Curiaë nostræ Episcopali inservientes, omnes; denique, qui huic nostræ Synodo de Jure, vel consuetudine adesse debent, & i præsertim, qui de Beneficiis Ecclesiasticis provisi nunc primò Diocesanaë Synodo interfunt.

CAPUT II.

De Prædicatione Verbi Dei.

Quia Evangelica Prædicatio maximam vim habet ad morum correctionem, & fidelium animas in viam salutis dirigendas, omni studio curandum est Concionatoribus, nè gladius Spiritus, quod est Verbum Dei, aut per incuriam hebetetur, aut nimia expolitione enervetur.

Ttid. seff. 24
de Ref. c. 4.

Ut autem tempore Prædicationis nullus omninò pateat locus scandalis animarum, provideant Ecclesiarum Rectores, ut sceminarum, & virorum sedilia sint separata, & tela pendula, aut tabula interposita mutuus illarum aspectus prohibeatur. Sacristia, qui hujus Decreti transgressor extiterit, gravi pœna arbitrio nostro afficietur.

S. Cong. Rit.
Syn. Favent.
9. c. 6. §. 18.

Districtè præcipimus, ut Parochi omnes ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini prædicationis muneri satisfaciant post dictum Evangelium Dominicis, & festis diebus

Seff. 22. de
Sac. Missæ
c. 8. & alibi.

bus præsertim solemnioribus, non legendo, sed docendo pro suo, & Audientium captu cum brevitate, & facilitate sermonis, ea imprimis, quæ necessariò scire quisque debet, ut æternam salutem consequatur, & subinde ea, quæ ad Pietatem allicere, aut à vitiis valent removeere. Qui in hoc necessario ministerio negligentes agniti fuerint, pœnas arbitrio nostro dabunt.

C A P U T I I I.

De Doctrina Christiana.

Sess. 24. de
Refor. c. 4. &
alibi.

CUM Decreto Sacri Tridentini Concilii jubeantur Episcopi, ut compellant etiam per censuras, & pœnas Ecclesiasticas Parochos ad munus docendi Rudimenta fidei, saltem Dominicis, aliisque festis diebus, præcipimus, ut pio huic muneri solerter peragendo, omnes, ad quos spectat, ita incumbant, ut exactè observent ea, quæ in Instructione de Doctrina Christiana in calce hujus Synodi apposita præscribuntur. Inobediētes pœnas luent.

Et

Et quia temporis opportunitas rebus bene agendis maximè conducit, Volumus ut hora cum dimidio ante Vesperas Cathedralis detur à Parocho signum Doctrinæ Christianæ habendæ, quo per horæ dimidium dato, inchoabitur Puerorum, aut Puellarum in rebus fidei instructio, quæ horam integram implebit, sub pœna arbitrio nostro applicanda Pauperibus ejusdem Doctrinæ Christianæ.

Faven.Syn.
9.p.1.cap.8.
nu.9.

C A P U T IV.

*De Congregationibus Sac. Scripturæ,
Casuum Conscientiæ, Sacrorum
Rituum, & Concilii
Tridentini.*

Quia Teste Propheta Labia Sacerdotum scientiam custodiunt, nullatenus ignorantio Sacrarum Scripturarum excusabilis in illis esse potest. Cum ergò de mandato nostro diebus Dominicis Sacræ Scripturæ lectio habeatur Ecclesiasticos non legitimè impeditos juxta Sacri Tridentini

Seff. 5. c. 1.
de Ref. Sac.
Cong. Conc.
11. Augusti
1618.

Con-

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Concilii præscriptum , & Resolutiones Sacræ Congregationis ejusdem Concilii, huic audiendæ adesse volumus. Qui huic non interfuerit mulctabitur .

Primò . Congregationibus Casuum Conscientiæ , in quibus decimo quinto quoque die, duo Theologiæ Moralis quæsitæ explicantur, & deciduntur , Interesse debent non solum Parochi omnes etiam Regulares, & in illis moniti sententiam suam dicere , sed etiam omnes alii Confessarii, juxta formam Decreti Sacræ Congregationis Concilii sub die decimaquinta Martii 1692. in Civitatis Plebis .

Sac. Congr.
Concil. II.
Julii 1620.

Ut autem membra Capiti respondeant, easdem Congregationes iisdem diebus in uno quoque Vicariatu fieri mandamus convenientibus Ecclesiasticis suprâ expressis ejusdem Vicariatus sub pœnis &c.

yn.Faven.
S.p. I. cap. 7.
9u. 6.

Ibid. nu. 7.

Secundò . Qui hujusmodi Congregationibus interfunt, Sententiam suam omnes dicant, servato debito ordine, & loco, curentque statum quæstionis priùs intelligere, & deinde

le sententiam suam solidissimis argumentis breviter firmare, confutatis modestè fundamentis oppositæ sententiæ.

Tertiò . Singulorum decisiones Ibid. n. 8,
cripto exaratae singulis vicibus ad nos mittantur per Vicarium foraneum, vel deferantur.

Quartò . Cum folia remittuntur, observet Vicarius ea, quæ alii ex foliis à nostro Theologo erunt scripta, illaque in proxima Congregatione legat, ut intelligantur, quæ Decisio coram Nobis, à nostro Vicario fuerit approbata.

Ecclesiastici Sacrarum Ceremoniarum Ritus, quos vel ab Apostolis per traditionis veluti manus, à Summis Pontificibus institutos accepimus, mirum est, quantum conducant ad Sacrorum Mysteriorum venerationem concilians, & ad pietatem Fidelium excitandam Conferentiam propterea Sacrorum Rituum, quæ diebus Dominicis ex præscripto nostro habentur ab Ecclesiasticis omnibus honorari frequentari, ut operaturi in Altari discamus omnia ad

Trid. Sess.
7. Can. 13.
de Sac. in
gentr. Pius
IV. Const.
Injunctū.

normam Rubricarum Missalis Rite
peragere, & decorè.

Quoniam frustrà tot annorum
spatio desudatum esset à Sapiientissi-
mis Patribus in Tridentina Synode
congregatis, Tùm extirpandis hæ-
resibus, tùm Ecclesiis reformandis
tùm abusibus eradicandis, si utilium
adèd decretorum cognitio, aut ob-
servantia negligeretur, hortamur in-
stitutæ, à nobis Sacri Tridentinæ
Concilii conferentiæ qualibet heb-
domada die Mercurii non impeditis
Ecclesiasticos omnes adesse, Cleri-
cosque iustos decretum, aut Cano-
nem ejusmodi Concilii explicare.

Sefs. 25. de
reform. c. 2.

Trid. Sefs.
5. de ref. c.
2.

Hac eadem die unus ex Parochis
aut Curatis aliquod concionis exem-
plar coràm aliis habebit, ut hoc fre-
quenti exercitio usum acquirant, di-
cendi ad Populum, & hujusmodi
veluti velitationibus discant iusto
marte contra vitia pugnare.

C A P U T V.

De Sacrosanctis Ecclesiis .

Qui lucem habitat inaccessiblei-
lem Deus, cum hominibus
dignatus habitare diligit decorem
Domus Suæ: summus idcirco in Ec-
clesiis sit nitor, in Altaribus, in Pa-
rietibus, in tecto, in pavimento,
neque enim præparatur hominibus
habitatio, sed Deo, Templorum
fronti Crux præfixa Dei Taberna-
culum à profanis Domibus Secer-
nat.

Cap. Pul-
chra dist. 8.

Pauperes mendicare in Ecclesiis
non permittantur, rudera, Fædæ
ordēs, & fætidiore omni forde im-
mudicarum fæminarum Domus pro-
cul sint ab Ecclesia .

Pius V. Cõ-
stit. Cum
primum .

Ecclesiasticæ functiones ante no-
ctem terminentur . Et quia toti Po-
pulo, & vicinis ingratum accidit
occasione solemnitatem Campanas
ad multam noctem pulsari, jube-
nus hujusmodi Campanarum Soni-
tus à prima hora noctis usque ad au-
toram filere absque speciali nostra

Syn. favēt.
9. par. 2. cap.
1. num. 18.

B

licen-

licentia sub pœna arbitrio &c.

Cum prim-
mum. Demùm quæ à nobis pro Ec-
clesiarum Reverentia sæpè repetita
sunt juxta Constitutionem Pii V.
omniò præcipimus observari.

Et quia dolentes audimus Do-
mum Dei fieri non solùm Domum
negotiationis, sed armatorum ten-
torium, dum in illam per summam
impudentiam arma breviora, &
longiora inferuntur, innovantes De-
cretum Capitis primi, partis secunde
nonæ Synodi Eminentissimi Rossel-
ti, prohibemus ne arma (exceptis
ensibus) hastæ, fustes, sclopi lon-
giores, aut breviores, nè accipitres
nè canes venatici, nè denique alia,
quæ Sacrarum ædium Religionem
maximè dedecent, intra illarum se-
pta admittantur, sub pœnis in eodem
decreto inflictis.

Trid. sess.
22. decr. de
observ. in
sacris. Mis-
sæ.

Sicut autèm Ecclesiastica Immu-
nitas Canonicis Sanctionibus consti-
tuta diligentissimè est custodienda
summoperè cavendum est, ne faci-
norosi ad eam, quasi ad Asylum in
Sacrarum Constitutionum fraudem
se recipiant, ut nova sub Clypeo Ec-
clesiæ committant delicta contra
men-

mentem summorum Pontificum, & præsertim Clementis Octavi expressam in Epistola ad Nuncium Apostolicum Neapolitanum, cujus exemplar in Calce Synodi damus .

C A P U T V I .

De festorum dierum observantia .

Qui damus Corpori annum, demus saltem animæ dies, præsertim, quos Deo, vel Sanctis dicatos Ecclesiæ præcepta voerunt . In his exactè serventur ea, quæ in edicto à nobis emanato præcipiuntur, ut debitus Deo, & Sanctis Cultus tribuatur .

Trid. sess. 25. de ref. Decrer. de Jeun. & diebus festis .

C A P U T V I I .

De Sacris Reliquiis .

Innumera, quæ à Deo per intercessionem Sanctorum impetramus Beneficia, ut clarè ostendunt sanctos de sua jam felicitate securos, de nostra tamen salute esse sollicitos, ta quotidianis suadent documentis,

Trid. sess.
25. de reli-
quiis San-
ctorum.

eorum Reliquias reverentèr esse tra-
ctandas, & honorificè habendas;
Si quæ tamen alicubi coluntur, de
quibus authenticè non constat, pu-
blicæ adorationi non exponantur,
sed privato aliquo in loco honestè
serventur.

Med. Prov.
1.

Thecæ, & vascula eleganter ela-
borata, & inaurata, in quibus San-
ctorum exuviæ custodiuntur, in ar-
mariis intus, forisque decenter or-
natis collocentur, vel in Ecclesiis
ipsa, vel in Sacristia fixo in loco in-
scripta Epigraphe -- Reliquiæ San-
ctorum.

C A P U T V I I I.

De Sacris Imaginibus.

Trid. sess.
25. de sac.
Imag.

Med. Prov.
4.

VT Sacræ Imagines eloquen-
tissima taciturnitate, utilissi-
mè alloquuntur Fideles, ità indecoram
pietatem ad risum, & in honesta-
tem traducunt; Idcirco ut nihil fa-
cendum, nihil indecens in hac re admit-
tatur, prohibemus nè in hac nostræ
Diæcesi ulla Imago publicæ adora-
tioni in Ecclesiis exponatur absque

nostra licentia nullatenus concedenda, nisi Imago ipsa Ecclesiastico prius ritu benedicatur. Benedicere verò vetamus non modò insigni turbitudine indecoras, sed etiã procaci, & profana magis venustate, quàm religiosa modestia, & sancta maiestate commendatas.

Trid. sess.
25. de sac.
Imagin.

Vetamus pariter sine nostra licentia in scriptis Sacras Imagines, Reliquias, aut Icones à suis loculis moveri, aut circumferri.

Med. Prov.
4.

Si quæ Imagines situ, vetustate, ut alia de causa deturpatæ, corroveve aspiciuntur omnino deleantur, si per eos, ad quos pertinet, non restaurantur.

Med. Prov.
1.

Nefas est profana sacris misceri. Exornandis ergò Ecclesiis nullæ profanæ adhibeantur Imagines sub cœnis arbitrio nostro infligendis, sacris Imaginibus non appingantur virorum, aut mulierum effigies licet illius Altaris sint Patroni; si quæ alias appictæ aspiciuntur, superinductis coloribus deleantur.

Med. Prov.
2. Cœc. Nic.
sess. 4.

Med. Prov.
1.

C A P U T I X.

De Horis Canonicis .

Cap. dolentes de celebrat. Missæ.

SAcra Psalmodia , qua Cælestibus Choris adjungimur studiosè ac devotè in Choro præsertim persolvatur , ut suum Deo obsequium & Ecclesiæ Cultum præstemus , quoniam enim Sacrificium Laudis Deo dicimus immolare , modis omnibus prospicere debemus , nè culpa , atque in Curia nostra quotidiani hujus sacrificii fumus sine odore suavitatis ascendat .

C A P U T X.

De Confraternitatibus Laicorum

Trid. sess. 22. cap. 8.

Cum hominum etiam Laicorum Societates summopere Deo placere , Fidelibusque ad virtutum incrementa plurimum proficere compertum sit , eas omni studio fovere muneris nostri esse duximus . Idcirco omnes ab eis abusive abolere conati sumus , & ad verum
pie-

Pietatis formam redigere, præscriptis nonnullis Regulis, quas in fine Synodi appositas omnino volumus observari.

Ut autem omnes uno veluti Ore Deum laudent, dum eodem tempore canendæ Divinæ Psalmodiæ conveniunt, volumus, ut hora cum dimidio ante Missam Cathedralis detur à Capellano signum instantis Congregationis, quo post horæ dimidium absoluta inchoabitur Congregatio, quæ horam integram impendet sacris de more exercitiis.

Favēt. Syn.
9. par. 2. c.
10.

C A P U T X I.

De Processionibus.

Supplicationibus, quarum usus piè retinetur. Tum ad placandam Divinæ Ultionis iram, tum ad Divinam opem largiùs implorandam, tum ad gratias pro exoratis gendas, omnes qui adesse tenentur, intersint ea, qua par est, Religiosæ pietatis specie, ac reverentia.

Viri à mulieribus, quæ velatæ processionem prosequi debent, se-

Conc. Brac.
3.

Trid. sess.
25. c. 13. de
Reh.

Med. Prov.
1.

parati incedant . Qui fæminis se
immiscuerit , arbitrio nostro mul-
tabitur .

Laicorum Congregationes sub
suis vexillis procedant , quas inter-
misceri nolumus , qui Sodalitati no-
men non dederit , aut illius habitu
non coretur .

Idem .

Ad Ecclesiam Cathedralem ,
unde cæpta est processio , revertan-
tur omnes , nec Clerus Sæcularis
inde discedat , donec absolutis ora-
tionibus dimittatur .

Vetamus Processiones nocturno
tempore haberi , cum experientia
docuerit , sæpe scandala illarum oc-
cassione oriri , pietatem non augeri .

C A P V T XII.

De Sacro Jejunio .

Trid. sess.
25. de ref.

PEccatis fomenta subtrahuntur
dum ventri esca denegatur .
Idcirco observantia Jejuniorum
Ecclesiasticorum sæpè dabit argu-
menta Concionum Parochis , quæ
præcipuè debent Populus docere
grave hoc præceptum levi de causis
im-

impunè non violari, impetratam-
que sine sufficienti causa dispensa-
tionem esse velamen malitiæ, non
non præcepti relaxationem.

C A P U T XIII.

De Hebrais.

VT Fides Catholica sine ma-
cula in sua unitate conser-
vetur, ab eaque omnis erroris sus-
picio arceatur, uolumus Judæos à
nostra Diæcesi abesse, eosdemque
hàc transeuntes sine licentia nostra
non pernoctare.

Fau. syn. 9.
p. 1. c. 3.

C A P U T XIV.

De Ludi litterarii Magistris.

Rerum publicarum, Ecclesia-
rumque salutare regimen,
Puerorum scientia, atque innocen-
tia continetur, quæ vix aliter pos-
sunt constare, quam si iidem à te-
neris annis sub sapienti instituen-
tium Ministerio educantur. Com-
mendamus propterea Ludi Litter-

Cap. de
quibusdam
distinct. 37.

Cap. omnis
ætas 22. q. 1.

Pius IV.
Const. Sa-
cros .

rarii Magistris, ut in pietate, ac doctrina, informandis Pueris ad se accedentibus sedulo incumbant, & nemo incipiat hoc munus, nisi cum licentia per professionem fidei habita.

Libros vetitos, vel obscœnos interpretandos non suscipiant, nec à Discipulis legi permittant.

Curent vt Missæ Sacrificio quotidie devotè intersint ac semel saltem in mense Sacramentali confessione conscientiam purgent, & si per ætatem licet, Sanctissima Eucharistia se reficiant, solemniõribus præsertim festis.

Fidei rudimenta eos ediscere jubent, tum in Ecclesia Parochiali diebus festis, tum Statuto die cujusque Hebdomadæ in Schola ex libello Doctrinæ Christianæ Cardinalis Bellarmini.

Fau. Syn. r.
tit. I.

Vicarii foranei Magistrorum Scholas sui Vicariatus crebro invitant, eorumque docendi rationem, ac mores solertè observent, eosque ad nos deferant, quos minùs rectè ministerio suo fungi deprehenderint, & arceantur crimina.

PARS

P A R S S E C U N D A .

De spectantibus ad
Sacramenta .

C A P U T I .

De Sacramentis in Genere .

Dum apparuit benignitas ,
& humanitas Salvatoris
nostri Dei, abrogatis an-
tiquæ Legis Sacramen-
tis, & sacrificiis, salutares aperti
sunt fontes in institutione Sacramen-
torum ; quorum Dignitas, Sancti-
tas, & efficacia sæpè à Parochis Po-
pulo est explicanda .

Librum Ritualis Romani Paro-
chi apud se habeant, ex eoque Sa-
cramentorum formas, & alias Sa-
cras preces legendo recitent, licet
eas aliàs memoria teneant .

In administratione Sacramento-
rum, non solum Anima ab omni
labe peccati immunis sit, sed etiam
manus ab omni quoque suspitione
Avaritiæ . Quia autem nulla pro

Trid. sess.
24. de ref. o.
7.

Cap. quan-
do Præsby-
teri, & Cap.
quæ ipsis
dist. 38.

Trid. sess.
22. de Sa-
crif. Missæ
cap. 4. Can.
Baptizan-
dis 99. &
seq. q. 1.

anima dari potest commutatio, meminerint Animarum Pastores quacumque hora vocantur, promptos se exhibere, etiam cum suo incommodo, quod omne salutis proximorum est post habendum.

Can. in Sancta, & Can. vestimenta de consecr. distinct. 1.

Vasa ad Sacramentorum ministerium deservientia, munda sint, & decora, diligenterque custodiantur, Loculamentorum claves, quibus Sanctissima Eucharistia, Baptismatis Aqua, & Sacra Olea recluduntur, tutò servantur, nec aliis, nisi Sacerdotibus notis, & fidei concedantur.

C A P U T II.

De Sacramento Baptismi.

Cap. majores de Baptismo.

Eug. IV. const. 23.

Quia ex servis Satanæ filii Dei efficiuntur per Baptismum, atque æternæ salutis hæredes instituuntur perpetuò exheredandi, nisi ex Aqua, & Spiritu Sancto renascamur; debet quamprimum Infantibus Baptismus conferri, nec ultrà dies octo differri, quæ in re Parochorum vigilantia alienam

nam negligentiam excitabit.

Quæ de fonte Baptismali sæpiùs commendavimus Diæcesim visitantes, omninò observentur, ut scilicet ipse fons sit lapideus, ac benè nitidus, & ligneo Ciborio aptè clausus, habens in apice Crucem, vel Imaginem Salvatoris, aut Divi Joannis Baptistæ, decentique Conopeo contentus. In eo sit Sacramentum, in quod Aqua ad baptizandum effusa dilabatur. Aqua Baptismalis non in vase vitreo, aut ligneo, sed saltèm stanneo asservetur cum sacris vasculis, olea ad vsum Baptismi continentibus de foris inscriptis.

Absolute Baptismo doceat Parochus Matres, Nutrices, omnes sub pœna Excommunicationis illis esse prohibitum secum in lecto retinere Infantes, nondum primum annum egressos, nisi id repaguli genus adhibeatur, ut nullatenùs suffocatio Pueri sit timenda.

Cap. de Infantibus de his, qui filios occidunt.

CAPUT III.

De Sacramento Confirmationis .

Qui Militiæ Dei per Baptis-
mum nomen damus, spiri-
tuales veluti Athletæ Sa-
cro Chrismate in Confirmatione
inungimur, ad futuram luctam cor-
roborandi. Parochi ergò ubi ex lit-
teris nostris intellexerint hoc Sacra-
mentum esse administrandum, id
Dominicis, festisque diebus inse-
quentibus denunciabunt: Itemque
hujus Sacramenti naturam, vim,
Dignitatem, & salutare effectus ex
Romano Cathecismo ubertim de-
monstrabunt, ut omnes intelligant
non modò illud negligendum non
esse, aut nimium differendum, sed
audenti animi voto expetendum,
summaque pietate, & religione su-
scipiendum.

Edicent deindè hoc Sacramen-
tum suscepturis, ut ad se quampri-
mum cum Patrinis, vel Matrinis
suis accedant, privatim instruendi.
Insuper moneant ut die Confirma-
tionis

Rom. Cath.
p. 2. c. 3.

Trid. sess. 7.
de Sacram.
Confirm. p.
37.

tionis statuta non solum mundo corporis cultu, sed anima ab omni labe purgata in Ecclesia conveniant, nè Divinæ gratiæ, quæ in hoc Sacramento confertur obicem ponant.

Cum autem per hoc Sacramentum ad spirituales Agonem roboreremur, ad quod pugnae genus Pueri rationis usu carentes idonei non sunt, ad huius Sacramenti susceptione minores septennio omnino repellantur.

Patrini, qui iis, quos in Confirmatione tenent, veluti Duces in spirituali certamine præire debent, & documenta Christianæ fidei tradere, si opus fuerit, sine ejus ætatis, & conditionis, ut proprio muneri valeant satisfacere.

*Acta Med.
p.4. Cap. de
Patrinis.*

C A P U T I V.

De Sacramento Sanctissimæ Eucharistiæ.

Cum ea sit Dignitas, & excellentia Sanctissimæ Eucharistiæ, quanta est Divinitas, & Majestas

*Trid. sess.
13, cap. 5.*

stas Christi Domini in ea existentis, apertè intelligimus summam à nobis reverentiam, pietatem, ac venerationem Sanctissimo huic Sacramento postulari.

Primò . Ergò præcipimus, ut in omnibus Parochialibus Ecclesiis Sanctissima Eucharistia semper habeatur . Deinde volumus, ut in majori Ecclesiæ Altari vel decentiori Cappella sit Tabernaculum affabre factum, majorique parte extrinsecè deauratum cum suis conopeis sericis diversi coloris, aut versicoloratis pro temporum ratione . Idem etiam Tabernaculum, & ejus Ostiolum intus undequaque serico panno circumvestiatur, neque in eo quidquam, quamvis sacrum asservetur, præter duas pixides argenteas interius auro illitas, & affabre factas cum suis cooperculis, quarum minor adhibenda erit pro deferendo Sanctissimo hoc Sacramento infirmis, nisi ruri aliud commodius vasculum usui sit.

Tabernaculi Ostiolum firmissima sera, & clavi argentea, aut saltem inaurata funiculo serico appensa

Sac. Cong.
Con. 22.
Martii
1594.

Congr. Rit.
22. Februa-
rii 1593.

Cap. 1. de
Cultod.
Euch.

sa claudatur, quam ita Parochus custodiat, ut nulla temeraria manus ad Sanctissimam Eucharistiam possit extendi.

Ante Tabernaculum, in cujus apice Crux eminere debet, una saltem lampas diu, noctuque ardeat: extra Parochiales Ecclesias absque Summi Pontificis privilegio Sanctissimum hoc Sacramentum non servetur, neque publicæ adorationi proponatur, absque nostra licentia, iisque non servatis, quæ in folio, quod annis singulis impressum habetur, præscribuntur.

Pueri nondum egressi duodecimum ætatis annum ad Communionem non admittantur, Nobis inconsultis, cum vix tantorum Mysteriorum sufficiens cognitionem, & gustum habere videantur. Interim tamen, dum proximè Divinæ Mensæ accinguntur, Paterno instruantur affectu in iis, quæ ad fidem, & dignam hujus ineffabilis Sacramenti susceptionem pertinent, simulque doceantur antè, & post Communionem pias ad Deum preces fundere.

Fau.Syn.1.
tit.10.Med.
Prov.2.

Sac. Congr.
Concilio 17
Aug.1630.

Cath. Rom.
de Sacram.
Euch. Trid.
sess. 13. cap.
7. de Sacram.
ment. Euch

C A P U T V.

De Sacrificio Missæ.

Trid. sess.
22. de Sacr.
Missæ cap.
1.

Incruentum Missæ Sacrificium, quo Sacratissima Christi Domini Passio recolitur, Deo pro beneficiis acceptis gratiæ habentur Divinæ benedictiones implorantur, & purgatorius ignis extinguitur, non decenter offerri execrabile est, & detestandum.

Idem. sess.
22. cap. 5.

Primò. Ergò volumus, ut Sacerdotes omnes perfectè discant, & observent Cæremonias omnes, quæ in Romano Missali præscribuntur. Quæ in re juvari poterunt Libello nuper edito à Patre Antonio Baldassario Societatis Jesu.

Præterea quia Sacris operaturum omni labe carere oportet, seridè monemus, ut primo Sacro Generalis Peccatorum confessio præmittatur, & subinde Sacerdotes omnes semel saltem in hebdomada peccata licet levia pœnitentiæ Lavacro abluant.

Et quoniam ab Altaris ministerio arcendi sunt Laici, præsertim

uxorati , Puerique pannosi , & for-
didi præcipimus sub gravibus pœ-
nis arbitrio nostro irrogandis , ut
Parochi adhibeant , & hortamur , ut
apud se alant Clericum ætate mori-
bus , cæterisque idoneum , qui super
pelliceo decenter indutus , Sacerdo-
ti ministret , præparet , Ecclesiam-
que custodiat .

Altare ex præscripto Rubrica-
rum instruatur , in medio statuatur
Cruz cum insculpta effigie Christi
patientis ; Tabellæ ad Lavabo , &
aliæ non carie corrosæ , non vetusta-
te consumptæ sint . Sacer Lapis ,
qui integer esse debet , tribus map-
pis cooperiatur , quarum superior
sit munda , & oblongior .

Quæ de eleemosina Missæ , de
vino mero ad Sacrificium adhiben-
do , de Codice , vulgo *Vacchetta* ,
pro Missarum celebratione adno-
tanda , de tabella onerum , Missa-
rum , Anniversariorum , &c. In Sa-
cristia pendula habenda à nobis de-
creta sunt in Edicto aliàs edito , ex-
actè præcipimus observari .

Colores ab Ecclesia præscripti
serventur in sacris vestibus , quo nec
lace-

Past. Episc.
Fau. Syn. 9.
p. 4. cap. 5.
n. 10. & ali-
bi .

Trid. sess.
22. in Decr.
de obser. in
Celeb. Miss.
Sac. Congr.
Conc. 15.
Decembr.
1693.

Syn. Fau. 9.
p. 3. cap. 5.
n. 14.

laceræ , nec attritæ , nec commaculatae , sed mundæ , & honestæ esse debent . Curentque maxima sollicitudine Ecclesiarum Rectores , ut amictus , albæ , pallæ , Corporalia , Purificatoria cum Cruce in medio , & iustæ magnitudinis sint mundissima ; Præterea , ut Calices , & Patenæ sint integra , nitida , & deaurata . Denique , quæ super his in Visitatione à nobis præscripta sunt omninò observentur , nè quid exteriùs appareat , quod aut Populi devotionem offendat , aut Dei ministrorum incuriam coarguat , ut certè sordidæ avaritiæ , & incuriæ reprehenditur Sacerdos , qui celebrat cum Missali , aut lacero , aut sine Canone .

Fau. 9. p. 4.
cap. 8. n. 13.
13.

Iniungimus omnibus , & maxime Sacerdotibus sacras vestes induitis , ut silentium servant in sacrario , à quo debent abesse clamores , confabulationes , & deambulationes , quæ illorum devotionem perturbant , qui pias preces ante , vel post Missam effundunt in genuflexorio , quod in omnibus Sacrariis ex præscripto nostro pro commodo celebran-

brantium adesse debent instructum Sacris Imaginibus , & tabella precum . Prædicti garruli , & strepentes pietatis perturbatores non levis plectentur pœnis .

In Missa celebranda clarè , ac distinctè verba proferantur à Sacerdote , quod idem præstare suum Clericum doceat , eum corripiendo , si mussitanter , si dimidjatè , si præcipienter respondeat , vocis , actionisque gravitatem ita moderetur , ut nec brevitatis studio cum aliqua verborum , & rituum , vel prætermissione , vel mutilatione nimium properet , nec importuna prolixitate Populum tædio afficiat .

Tota Ecclesiastica supellex , vasa , vestes , & ornamenta armariis congruentibus dispertita diligenter in Sacristia afferventur , ac mundissimè custodiantur , & cum opus fuerit instaurentur , aut renoveantur .

Trid. sess.
22. in Decr.
de observ.
in celebr.
miss.

De Sacramento Pœnitentiæ.

Trid. sess.
14. cap. 1. de
pœnit.

DIves in misericordia Deus, cognoscens figmentum nostrū, naufragos post Baptismum in peccatis fideles secunda tabula donavit, Sacramento Pœnitentiæ misericorditer instituto, cujus quod frequentior urget necessitas, eod etiam studiosiùs providendum est ut in iis, quæ ad rectam illius administrationem pertinent, nihil contingat erroris, incitiae, aut incuria Ministrorum.

Fau. Syn. 9.
p. 3. c. 6. per
tot.

Sedes Confessionis audiendæ, quæ debent collocari intrâ Ecclesiam in loco commodo, & patenti, à parte anteriori sint clausæ, & ferrea cratè perexiguis orbiculis iuxta formam à nobis præscriptam perforata à lateribus munitæ; Sin minùs Confessarius multabitur pœna unius auei locis piis applicanda; Interiùs affigatur Bulla Cænæ, & Tabella Casuum nobis reservatorum. Exteriùs Pœnitentium oculis Sacræ Imagines subiiciantur.

Et

Et quia non sine lachrymis intelligimus Sacramenti Pœnitentiæ antidotum sæpè converti in animarum venenum, summoperè commendamus omnibus Confessariis, ut curandis recidivis sedulò incumbant, illis etiam si sint Sacerdotes, opportunè in aliud tempus absolutionem differendo, ut hac ratione pravos habitus exuere, rebellesque animi affectus compescere doceantur.

Nullum aliud est tractandum in Confessionibus, quam animarum, & æternæ salutis negotium. Meminerint Confessarii, nè pro Pœnitentibus profanum quidpiam improferum suscipiant agendum, nisi fortè ad pietatem, & ad officia charitatis referatur, & caveant, nè ira Dei sit super illos.

Fan.Syn.9.
P.3. C. 7. n.
14.

Confessiones mulierum, puellarum, & puerorum non audiantur, nisi à latere ad Crates, nec antè Solis ortum, vel post Solis occasum sub pœna suspensionis ab audiendis Confessionibus.

Lad.n.7.

Sacerdotes tam Sæculares, quàm Regulares cujuscumque Ordinis, Congregationis, vel Societatis non appro-

approbati à nobis Confessiones nullatenus excipiant, neque absolvere attentent, etiam à venialibus juxta Decretum Innocentii XI. sub die 12. Februarii 1679.

Memores sint Confessarii omnes qua diligentia, & pietate in hoc Sacro Ministerio, & Pœnitentibus adjuvandis se gerere debeant, & quàm ab omni Avaritiæ, & Cupiditatis specie se remotos, ac liberos profiteri, quò circà caveant, ne devotionis, aut pœnitentiæ iniungendæ prætextu elemosinas sibi, aut suæ Ecclesiæ perquirant.

Porro summa prudentia utendum est Confessario Pœnitentiam imponenti pro satisfactione peccatorum, ne laquei conscientiæ iniiciantur, ut certè iniicerentur, si pauperem iuberet elemosinam largiri pro Misera celebranda, aut de alia causa.

Parochi suos subditos interdùm monere, & hortari ad Pœnitentiæ salutare remedium frequentandum non omittant, & præsertim, nè ad finem anni in extremos hebdomadæ Sanctæ dies Confessionem protrahere assuescant.

Ut

Ut acriter corripienda est illorum impudentia , qua nefario ore Divinum nomen audent blasphemare , ita docendi sunt rudiores , maledicta , imprecationes , impropria , & alia hujusmodi blasphemias non esse .

Medici Constitutionem sœl. record. Pii V. circa admonendos ægrotos , quos visitaverint de Confessione facienda observare non negligant , & quoniam in Hospitalibus animæ prius curantur , deinde corpora , rogamus in visceribus Christi Medicos , ut officii memores , ad quod ex justitia tenentur , bis in die Hospitalium infirmos invisitant , illisque de necessariis morbi remediis consultum velint .

Constit. sup. Greg. Domin. 8. Mar. 1556.

C A P U T VII.

De Casibus reservatis .

INtelligens Sacrosancta Ecclesia esse è re , atque disciplina Christiana , ut graviorum quædam , atrociorumque criminum absolutio non ab omnibus passim sed à summis

Trid. sess. 14. c. 7. Clem. VIII Urb. VIII.

C solum

folùm Sacerdotibus traderetur, ut saltèm ob difficultatem, & laborem absolutionis obtinendæ ab iis perpetrandis pravi homines absterreantur, sapientissimè decrevit, ut præter casus Summo Pontifici reservatos, Episcopi omnes in sua quaque Diæcesi graviorum hujusmodi culparum Reos sibi ipsi absolvendos relinquerent. Prohibemus propterea omnibus, & singulis Sacerdotibus tam Sæcularibus, quàm Regularibus quomodocumq; exemptis, juxta Sacræ Congregationis Decretum sine speciali nostro Indulto absolvere à casibus ut infra nobis reservatis.

Apud Nicol. II. Casus reservati.

Casus Reservati sunt.

Primus. Dæmonis invocatio, aut adoratio, maleficium, & superstitiones cum Sacramentorum, & Sacramentalium abusu.

Secundus. Blasphemia hæreticales, ex consuetudine prolata.

Tertius. Homicidium voluntarium, mandatum, & consilium effectu sequuto.

Quar-

Quartus . Procuratio abortus etiam foetus non animati effectu sequuto .

Quintus . Bestialitas, sodomia tam activa, quam passiva quoad mares, & feminas .

Sextus . Incestus quoad mares in primo, & secundo consanguinitatis, & in primo affinitatis gradu .

Septimus . Copula cum filia Confessionis .

Octavus . Sollicitare Moniales, aut Sæculares in Monasterio degentes verbis, litteris, aut internuntiis ad obscæna .

Nonus . Falsum testimonium in Judicio cum damno alterius

Item reservantur Censuræ omnes juxta folium Casuum, & Censurarum reservatarum, quod de mandato nostro rursus typis datum in omnibus volumus in suo robore permanere .

Præterea adimimus omnibus, & singulis Confessariis tam Sæcularibus, quam cujusvis Ordinis Regularibus facultatem absolvendi quilibet personam à peccato qualicumque Copulæ carnalis cum ipso-

Cap. quem
pœnitet
dist. 1. de
Pœnit.
Fau.Syn.9.
p.3.27.n.16

met Confessario, quàm facultatem declaramus nunquam esse mentis nostræ concedere in Generali licentia absolvendi à Casibus reservatis.

C A P U T VIII.

De Confessariis Cathedralis.

Syn. Fav. 9.
p. 4. c. 8. n.
14.

Cathedralis Basilicæ Dignitas, & supra cæteras Ecclesias excellentia postulat, ut in ea Constituantur Confessarii prudentia, morum Sanctitate, & præstanti doctrina commendati; Hac enim ratione fiet, ut ibi Excellentiores Medici animarum languoribus medeantur, ubi major confluit graviter languentium multitudo.

C A P U T IX.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

Trid. sess.
14. de Sacr
Extremæ
Unctionis.

Sacramentum Extremæ Unctionis, quo Clementissimus Redemptor Jesus Christus vitæ nostræ finem tanquam firmissimo quodam præsidio communitum voluit

con-

contra Diabolum, magna tunc ira ad nos descendentem, perpetua Ecclesię consuetudine, usque receptum, servatumque est. Hoc igitur ita iis, qui morbo ingravescente, in probabili vitę discrimine constituti sunt, ministrari à Parochis opportunè volumus, ut in tempus, quo illi sensu, & rationis usu carent, non protrahatur.

Hujus Sacramenti naturam, & utilitatem multiplicem Parochi sæpè, sed præcipuè, dum infirmos ex officii sui munere invifunt, fidelibus exponant, quòd plenius omnibus instructi, ad ejus perceptionem necessariis, cœlesti ope tum plurimum juventur, quando ad supremam lucem accinguntur.

Rituale Romanum

C A P I T U L U M X.

De Sacramento Ordinis.

Quia Ecclesiasticę Hierarchię Trid. sess. 23. c. 5. & 7. decór dependet ex delectu personarum, quę ad Clericalem statum admittuntur, præcipimus, ne ullus Clericalem habitum induat, sine licentia nostra, ut-

que ad amissim observetur Edictum à nobis aliàs emanatum de Ordinandis .

C A P U T X I .

De Sacramento Matrimonii .

Matrimonii, quod magnum in Christo, & in Ecclesia Sacramentum dicitur ab Apostolo, quoniam Ministri sunt ipsi contrahentes; docendi sunt ea, qua par est, sanctitate ad illud contrahendum accedere, ut Sacramentalem gratiam consequi mereantur .

Trid. sess.
24. per tot.

Quæcumque verò de illo Sacrosancta Tridentina Synodo servanda Spiritu Sancto authore præcepit, ea Parochialium Ecclesiarum Præfati in memoriam sibi sedulò redigant, & nihil omninò ex Decretis in ipsius celebratione prætermittant .

Cap. cum
Inhibitio
de clandest.
de Spons.

Si quis autem citrà facultatem expressam à nobis scripto concedendam absque præmissis denuntiationibus Matrimonio assistens fuerit, pœna Suspensionis, quamdiù

diù nobis videbitur ; ipso facto incurret, aliisque pœnis arbitrio nostro punietur .

Matrimonium contracturi omninò caveant, ne fraude, & dolo Parochum adeant, & ipso incio, aut invito, adhibitis simul, siuè incisiis, siuè consciis Testibus per verba mutui consensus matrimonium celebrent, graves enim arbitrio nostro dabunt pœnas .

Trid. sess.
24. cap. 1. de
reform.

Quia ex inito futuri matrimonii contractu per publicum Notarii Instrumentum potestas in corpus data non est, arcendi sunt Sponsi de futuro à periculosa inter se consuetudine, præcipuè remotis arbitris ; Injungimus propterea Parochis, ut observare non omittant ea, quæ ab Eminentissimo Rossetto in hanc rem decreta fuerunt .

Syn. Fau. 9.
3. cap. 11, n.
181.

Demum, si quod damnabilius est Sponsi de futuro inordinata libidine se carnaliter cognoverint ante matrimonii celebrationem, aut etiam cum proborum scandalo, licentia pene maritali cohabitaverint, gravissimis per nos pœnis coercebuntur. Mandamus proin-

Sac. Congr.
25. Octobr.
1688. &
alibi.

dè Parochis , ut sæpiùs Populo cum
opportunum duxerint , ac præfer-
tim , si Sponsalium contractibus
quandoque interfuerint , præsentis
nostri decreti dispositionem mode-
stè , ac prudenter insinuent .



PARS TERTIA.

De spectantibus ad Episcopum, Vicarium Generalem cum suo Tribunali, Ecclesiasticos, Laicos, & Loca pia.

EPISCOPALE munus, quod Angelicis humeris est formidandum, tum excellentia Summi Sacerdotii, quo manuum impositione Sacris Altaribus Ministri deputantur, tum Pastoralis sollicitudine, qua singulorum vita vigili visitatione introspicitur, ut ingruentibus subindè malis provideatur, mortalis infirmitas feret pro Dignitate, si Episcopus audiat sibi dicentem Apostolum Verbis ad Timotheum, nec non ad Titum — Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, cum sequentibus &c. Factus enim ex animo forma Gregis aliis studebit præire omnium virtutum exemplo, intelligens ex Divo Gregorio lib. Moral. Cap. 7.

C 5 quod

quod sicuti integritas Præsidum salus est subditorum, sic illorum coluvio lex est flagitiorum.

C A P U T I.

De Vicario Generali cum suo Tribunali, & de Vita, & honestate Clericorum.

Episcope, & Vicarii Generalis unum Tribunal est, una sollicitudo. At Episcopi à Christo Domino derivata potestas subiectam sibi habet Vicarii Generalis demandatam auctoritatem, quare cavendum est Vicario Generali, ne præscriptos suæ Jurisdictionis limites excurrat, curandunque est, ut ea strenuè exequatur, quæ à suo Episcopo accipit in mandatis, & non ultra.

Blandientes Officialium voces surda aure percipiat Vicarius Generalis, ne illorum fascinatione hallucinetur, sitque locus æternæ veritatis dicto. -- Inimici hominis domestici ejus. Hujusmodi Mercenariis, quæ sua sunt quærentibus, non quæ Pastoris,

floris, ad utilia respicientibus, non ad Ovile, sedulo assistat, illisque Altari inservientibus, de fructibus Altaris vivere permittat, non de Sanguinibus.

Nostrarum Constitutionum observantia vitia à Curia ablegabit, virtutesque restituet Tribunali, quod Ecclesiasticum erit, & Justitiæ omnibus, quod suum est, æqua lance tribuentis, Denegata inferioribus Ministris justa exactionum lucra eos per Nefas trahunt ad iniquas extorsiones. Quare sicut injustè nemo à Ministris est gravandus, ità curandum est Vicario Generali, ne Ministri justis exactionum lucris frustrentur. Hac ratione fiet, ut perturbatus Jurium Ordo tollatur, jus itaque ab injustis secernantur magno sænore probitatis.

Si detestabile est illorum flagitium, qui sacrilega fraude, & dolosa collusione Patrimonia simulantes Sacris Ordinibus initiantur contra Sacrorum Canonum, & Sacrosancti Concilii decreta, detestabilius esset Scelus, si quis in partem execrabilis contractus vocatus se tanta

iniquitate sædaret . Quare licet de Noſtris Officialibus non ſit dubitandum , tamen ut tanti Criminis , vel levis umbra etiam aboleatur , ſub gravibus pœnis jubemus illos attentè invigilare , ut vera Patrimonia Clericis ad ſacros Ordines promovendis ſtatuantur , omnibus reje- ctis, in quibus ulla fraudis poſſit eſſe ſuſpicio .

Sicuti locorum Piorum Mini- ſtros Summa diligentia incumbere volumus exigendis Legatis Piis , ità Curiaè noſtræ Officialibus ſummo- perè commendamus, ut piè exaction Juris remediis ſedulò aſſiſtere , non deſinant , ſed provideant .

Inſuper cum Monialibus victum, & veſtitum in communi non ha- bentibus , aſſignari Soleat annua penſio , vulgò livello , quæ Monia- lis morte extinguitur ; ſequuta aſſi- gnatione , ut verè ipſi ſatiſfiat , & non fidè promittatur , reddaturque inexigibilis , aſſignandum erit à Pa- rentibus , vel ab aliis , ad quos per- tinebit , Capitale annui redditus correspondentis penſioni Moniali aſſignatæ ; Capitalis Loco admitti

qui-

quidem poterit fidejussio ab Officialibus Cancellariæ, quibus expressè etiam injungimus, ut quando Dos Monialis in S. Monte deponenda solvitur, quod semper erit servandum, curent etiam periculo ejusdem primi Cancellarii, ut assignetur prædictum Capitale, & ipsi invigilabunt, ut quando Puella ad Religiosum habitum, aut professionem admitti debet, observentur Decreta Sacræ Congregationis negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ, quoad quantitatem constitutæ Dotis, & aliarum expensarum.

Tandem ut acta nostræ Cancellariæ valida firmitate muniantur, volumus etiam per Notarium Criminalem provideri, ut Decreta absoluta, seu præcepta vim Decreti habentia semper Superioris subscriptione firmentur, decernentes irrita, & nulla quæcumque præcepta, aut decreta aliter extensa, & data ab eodem Notario, qui graves insuper pœnas luet.

Et quoniam quotidianis docemur experimentis Pia loca magno suo

Detri-

Detrimento celebrare facere contractus venditionis census, & hujusmodi cum prætendentibus privilegium fori, aut cum mulieribus, prohibemus Notariis Cancellariæ hujusmodi contractus stipulare, quibus mulieres, aut privilegiati, ut præfertur, piis locis obligantur, sine nostra licentia.

Trid. seff.
22. cap. 1. de
reform.

Nihil est quod magis Clericalem habitum deturpet, quam pravi eorum mores, qui in sortem Domini electi propriæ sunt Dignitatis immemres, & vitæ licentiæ aliis sunt scandalo, & proprio nomini indecori. Quare & zelo propriæ Dignitatis conservandæ, & alieni scandali vitandi ita vivere debent Ecclesiastici, neminè dantes ullam offensionem, ut non solum Ministerium nostrum non vituperetur, sed is, qui ex adverso est, vereatur nihil habens mali dicere de Nobis. Id eveniet ex voto, quando ea ferventur, quæ summorum Pontificum Constitutionibus, ad eorum mores sanctè, pieque informandos sancita sunt.

Cap. 1. & 2.
de Clerico
venatore.

Venationem igitur adversus Sacrorum Canonum decreta nullo modo

do exerceant, qui enim interdictæ venationi operam dare repertus fuerit, tum suspensionis pœna ex præscripto eorundem Canonum, tum aliis arbitrio nostro punietur.

Tabernas, seu Canponas, nisi itineris causa non ingrediantur, commestrationibus, comotationibus, aut Conviviis non intersint, nisi ea, vel charitas, vel hospitalitas instruat.

Cap. Capula de vit. & honest. Cleric.

Color Vestium, quæ in Civitate, & præsertim in Celebratione Missæ, & aliis sacris functionibus tales esse debent, niger tantummodo sit, & sub Clericali veste non nisi subniger, & modestus, non coloratus, & mollis. Qui aliter inceserit, scuti pœna pio loco applicanda multabitur.

Trident supra. Sixt. V. Bulla cum Sacrosanctum.

Personati non incedant. Nocturno non egrediantur, necessitate non urgente. Comædias, mimos, histriones, ac circulatores spectatum nè eant.

Cap. Clerici Cap. Cum decorem de vit. & honest. Cleric.

Barbam, & Comam non nisi ad Clericalis honestatis formam foveant, & deferant.

Cap. Cleric. Cur. Cap. Si qui de vit. & honest. Cleric.

Quia gravi animi mærore intelligimus

gimus

Cap. Clerici
de vit. &
honest. Cle-
ric.

Cap. Ep. 35.
distinct.

gimus quosdam, qui se Ecclesiasti-
cos dici volunt, publicè aleis lude-
re, nec vereri admittere per sum-
mum dedecus mulierculas, & Bir-
ruarios, collusores, ut hæc infamiæ
notâ ab Ecclesiastico nomine abo-
leatur, innovantes Decretum Ca-
pitis primi de vita, & honestate
Clericorum primæ Synodi Eminen-
tissimi Rossetti, declaramus, quod
si quis Clericorum publicè aleis, aut
taxillis Lusit, vel Domum suam
ad Ludendum accomodaverit, pœ-
nis in eodem Decreto contentis mul-
tabitur.

Cap. inter
die erit, &
seqq. 23. di-
stinct. & tit.
de cohab.
Cleric. &
mulier.

Cohabitationem, & Conversa-
tionem quamcumque Mulierum
suspectarum vitent omnes.

Otiantes in Plateis, & Porticibus
nè morentur, Nimia Laicorum fa-
miliaritate non utantur, etsi quando
cum eis versari contingat, pruden-
tes sint, & modesti.

Fau. 9. p. 4.
c. 1. n. 32.

Libros Ecclesiasticos, & spiri-
tuales retinere unusquisque apud se
studeat ad sui ipsius, aliorumque in-
structionem tempus utiliter impen-
dat.

Negotiationem ex præscripto Sa-
cro-

crorum Canonum fugiat, gradus-
que dignitatem ad vilia ministeria
non demittat .

Quia Ecclesia Dei non est defen-
denda more Castrorum, neque Deo
militantes decet incedere militari
apparatu armorum, Innovantes De-
cretum decimum octavum Capitis
primi, partis quartæ, nonæ Synodi
Eminentissimi Rossetti prohibemus
Clericis omnem delationem Armo-
rum sub pœnis, & Censuris in eo-
dem Decreto contentis .

Postremò quæcumque alia in Sa-
cris Canonibus, Generalibus Con-
ciliis, Apostolicis ordinationibus,
vel Prædecessorum nostrorum De-
cretis, aut edictis à nobis emanatis
ad Clericorum vitam, & honesta-
tem pertinentia sancita sunt, ab iis-
dem mandamus servari sub pœnis
ibi statutis, aliisque gravioribus ar-
bitrio nostro .

Cap. 2. ne
Clerici, vel
Monach.

Cap. nego-
tatio 88.
dist.

Cap. 2. de
vit. & ho-
nest. Clerici
Clement. i.
eod. tit.
Cap. Clerici
23. dist. 9. 8.

CAPUT II.

De Officio Parochi .

Trid. fess.
23. de ref.
cap. 1.

Sublimem proprii muneris vocationem sæpius Parochi recogitantes rerum Ecclesiasticarum scientia, ac morum Sanctitate ita cæteros antecellant, ut Christi Gregem tam verbi doctrina, quam operum exemplo pascentes fideles Mysteriorum Dei dispensatores inveniuntur.

Cap. 1. de
cohabit.
Cler. & mul-
lier. med.
Prov. 1.

Propterea cum non solum malum cavere, verum etiam omnem mali suspensionem ipsos fugere oporteat, in ædibus ad Parochorum usum, & Domicilium ædificatis feminas quascumque habitare prohibemus juxta nostrum Decretum in Calce Synodi legendum.

Trid. fess.
cap. 1. Sac.
Cong. Conc
25. Febr.
1628.

Et quia constat Gregem, nisi fedulò custodiatur, ab hoste tartareo dispergi, inhærentes Tridentino Concilio prohibemus Parochos ultra biduum à Parochia abesse absque nostra licentia. Inobedientes pœnis pecuniariis, aliisque arbitrio

trio nostro punientur.

Cum autem per se ipsos, vel si legitime fuerint impediti, saltem per alios, à nobis tamen approbandos singulis Dominicis, & aliis festis diebus celebrare in sua Parochia semper teneantur, caveant omninò, nè diebus hujusmodi aliò se conferant sine permissione Episcopi sub pœnis arbitrariis.

Sac. Congr.
Conc. 15.
Septembris
1629.
Trid. sess.
21. c. 6. de
reform.

Quod si contigerit repentino aliquo casu, aut infirmitate à Parochialibus functionibus impediri, nos statim admonitos velint, ut de coadiutore à Nobis approbando opportune provideatur. Qui nobis inconsultis sibi Coadiutorem asciverit, pœnas arbitrio nostro dabit.

Interim animarum Curam sibi commissam non per alios, ad quos de Ovibus non pertinet, sed per se ipsos administrant, nisi forte nobis assentientibus approbati sacerdotis Ministerio indiguerint.

Sac. Congr.
Conc. apud
Barbol. in
Collectis
Col. 67.

Rectores Ecclesiarum Civitatis, & Diœcesis Missam Parochialem, in qua ad Populum verba fiunt, adultique superiori, veluti Cathedralis Classe mysteria nostræ Fidei

Trid. sess.
23. de Re-
form. c. 1.
Sac. Congr.
5. Julii
1670.

do-

docentur, illisque publicantur dies festi, Jejunia, Bullæ, & Episcopalia subinde decreta, eo tempore celebrare studeant, quo frequentior ad illam futurus creditur Concurfus; Quare nec summo mane, nec adulto die illos volumus sacris operari.

In singulis Ecclesiis habeatur Archivium, vel saltem armariolum fera, & Clavi munitum, in quo libri, scripturæ, Inventaria, & publica Instrumenta continentia redditus, Bona, Privilegia, onera, Concessionem, aliaque Jura ad Ecclesiam quomodolibet spectantia distinctè custodiantur. Similiter authentica Reliquiarum documenta, onerum satisfactiones, Indulgentiarum diplomata, ac visitationum Decreta ibidem retineantur; præcipuè verò Parochiales Codices Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimonia contrahentium, status Animarum, & Mortuorum.

syn. Fa v.
4. cap. 5.
Pn. 19.

C A P U T I I I .

De Collegio Parochorum Civitatis .

Parochorum Civitatis Collegium sua antiquitate, & pietatis officiis commendatum laudabiliter in suo Instituto conservabitur, si Statutæ à majoribus leges custodiantur. Ad hoc maximè conducet illarum memoriam sæpè refricare lecto de more in singulis Congregationibus aliquo illorum Capite.

Syn. Fav. 9.
p. 3. cap. 6.

Quæ à Collegio mittuntur, vel recipiuntur Epistolæ, non nisi de totius vel majori parte Collegii consensu expediantur, & coram omnibus vel majori parte Collegii resignentur. Qui absque prædicto consensu litteras nomine Collegii alicui dederit, vel ad Collegium missas privata auctoritate aperuerit, graviter arbitrio nostro punietur.

Dum Collegialiter ad publicas supplicationes, aut funera procedunt Parochi, ea; qua par est, modestia, & pietate associati incedant, nec ad invicem, nec cum aliis confabu-

fabulantes . Dum processio ordinatur in loco sibi destinato quiete subsistant, hac illacque non discurrentes, rejecta in aliud tempus Epistolarum, aut libri lectione .

C A P U T I V .

De Vicariis Foraneis .

Cap. 1. de
offic. Ordina-
rii in 6.
Clem. 2. de
rescript.

Cum fieri nequaquam possit, ut nos ipsi in omnibus Diæcesis nostræ locis, præsentibus omnia moderemur, summopere optamus, ut Vicarii foranei, quos in negotiis, & curis illarum regionum, quæ à nobis distant, adiutores elegimus, fidelem in omnibus, ac sollicitam operam præstent .

Fau. 9. p. 4.
ca. 4. n. 3.

Eos itaque, uti vices nostras gerentes ab omnibus, præsertim Sacerdotibus, & Parochis præcipuo honore, atque etiam in pertinentibus ad Officium, obedientia colimus omnino volumus .

Ibid. n. 1.

Ipsi vicissim aliis probatæ vitæ exemplo præfulgere, & gravi, prudentique regimine in suo quique Vicariatu præsidere debent, vigilan-

lantiaæ suæ oculos circumferendo, & dispiciendo, an Decreta Synodalia, visitationumque Ordinationes observentur, & ea præstentur ab omnibus sibi subiectis, ad quæ ex officio quisque tenetur.

Tum per se; tum per alios observent Concionatores tempore Quadragesimæ, & Adventus, certioresque nos faciant, quo pacto unusquisque suo muneri, verbo, & exemplo satisfecerit, statim post Dominicam Palmarum, & Quartam Adventus, nisi quid gravius, citius esset deferendum. Semel saltem quolibet bimestri ad nos scribant de rebus ad suum Vicariatum pertinentibus. Ibid.n.6.

C A P U T V.

De Exequiis, & Funeralibus.

Religiosum exequiarum, ac funerum munus ad Parochos pertinet; quapropter studeant Ecclesiarum Rectores Ritus, ac Sacras Ceremonias circa funus ita peragere, ut Christianæ pietatis tantum speciem præ se ferant, omnique turpis

pis cupiditatis suspicione careant .

Qui vocantur ad funus agendum Clerici , aut Sacerdotes Parochum , à sua Ecclesia abeuntem , & ad illam revertentem bini comitentur super pelliceo induti alioqui elemosinam , quam solùm absoluto funere illis dari volumus , non facient suam .

Cap. abolendæ de sepultur.

Pauperes Parochus , & Vespillo gratis sepeliant . Quinam verò sint pauperes , decernatur Parochi-judicio , cui Vespillones volumus acquiescere .

Cui procurandi funeris cura incumbit , commendatum maximè volumus , ut omnem viam ineat , qua tumultus , & strepitus , tum in distribuendis intorstitiis , tum in disponendo funere à sacra functione arceantur .

Sac. Congr. Epif. & Reg. apud Barbof.

l.ii V. cost. cum primum .

Sac. Congr. 8. Februar.

1693.

Fau. l. tit. 4.

c. 4. n. 3.

Sepulchra in Ecclesia , quæ remota ab Altari esse debent , & Ecclesiæ pavimento cohærere , marmoreo lapide cooperiantur , ità Sugillato , ut vis fætoris omninò arceatur .

Observetur Decretum aliàs emanatum de non tradendis sepulturæ Mortuorum Cadaveribus ante Solis ortum ,

ortum, vel post illius occasum sine speciali nostra licentia .

Cæmeteria humandis Defunctorum Corporibus destinata nefas est, Med. Prov. I. aut sacrilegè pollui, aut profanè temerari, cum sacra loca sine Immunitatis privilegio decorata .

Propterea volumus primò, ut Crux in illis emineat lateritiæ saltem Columnæ infixæ .

Secundò. Ut continuato muro, Ibid. aut densa sepe ita circummuniatur Cancellis aditum occludentibus, ut ad illa animantibus non pateat accessus .

Tertiò. Prohibemus in illis extendi telas, linteamina, folliculos, Med. Prov. 4. fav. 9. p. 2. c. 1. n. 7. & alia hujusmodi, ut hac ratione omnis inde scandali occasio, Ludicræ, & profanæ confabulationes arceantur .

C A P U T V I.

De Monialibus.

M Emores ejus, quod Sancta Seff. 25. c. 5. Tridentina Synodus universis Episcopis sub obtestatione Divi-

D ni

ni Judicii, & interminatione maledictionis æternæ de Sanctimonialium clausura præcipit, ac summopere optantes, ut Sanctum Monialium ipsarum propositum nunquam deferueat, sed ad Religiosæ perfectionis vitã ferventius in dies anhelent, districtè ea observari præcipimus, quæ in edicto à nostris Prædecessoribus, & à nobis aliàs emanato de Sanctimonialium clausura, accessu ad Rotas, & Parlatoria, & introductione in Claustra, Novitiis, & educandis, aliisque ad Religiosam illarum disciplinam spectantibus sancita sunt.

Dotis Puellarum, quæ ad Religiosum habitum admittuntur in sacro Monte Pietatis Novitiatus initio deponi præcipimus, simul ac per Notarium stipulatum est Instrumentum Dotis toto Novitiatus tempore in præfato Sacro Monte mansuræ; emissa verò à Puella religiosa professione, à Sacro Monte non amoveri mandamus, donec earum investendarum detur occasio à nobis approbanda, nisi de Licentiâ Sacræ Congregationis aliter fuerit dispo-

nen-

Sac. Cong.
Conciliæ 28.
Apr. 1588.

Sac. Cong.
Episcop. &
Reg. 6. Ju-
nii 1615.

nendum . Inobedientes huic nostro Decreto Administratores Sancti Montis earundem dotium periculum subibunt . Notarii verò , & sindacus graues arbitrarias pœnas dabunt .

Jubemus insuper omnibus Monasteriis ex personis Monialium ut debitos sibi annuos Censùs à consanguineis , vel aliis solvendo obligatis quot annis exigant , nullas super his donationes , Cessiones , aut Compositiones facientes nobis non concedentibus , qui volumus labente Junio morosos Debitores ad nos deferri Juris remediis compellendos , solutionem ulteriùs non differre . An contra hoc decretum peccatum sit nos docebunt Superiorissæ officio exeuntes .

Trid. Sess.
25. cap. 2.
de Regul. &
monial.,

C A P U T V I I .

De Confessariis Monialium .

Quæ de Confessariis monialium ordinariis , aut extraordinariis à nostris Prædecessoribus sancita sunt , sæpè rele-

Fav. I. tit.
9.

gant, & observent Sacerdotes, qui audiendis Confessionibus ad Monasteria mittuntur.

Ibid. cap.
10. n. 10.

Contenti constituta sibi pensione prædicti Confessarii munera à particularibus nullatenus accipiant sub pœnis in Decreto nuper edito à nobis emanato constitutis.

Ibid. n. 11.

Pariter sub pœnis prædicti Decreti abstineant à colloctione cum monialibus de rebus ad Confessionem non pertinentibus de iisdem requisiti prudenti dexteritate se subtrahant.

C A P U T V I I I .

De Tertiariis .

I. eo 10. in
Conc. La-
teran.

Quia Sacra Congregatio negotiis Episcoporum, ac Regularium præposita anno 1616. & aliàs decrevit non esse admittendas mulieres ad habitum tertiariarum, nisi servatis quibusdam conditionibus, de quibus Ordinario loci constare debet. Inhærentes Constitutionibus, & prædicto Sacræ Congregationis Decreto mandamus

nè

nè ulla mulier ad habitum tertiariæ admittatur absque nostra licentia nullatenus concedenda, nisi de præfatis conditionibus nobis constiterit, declarantes irritum, & nullum quidquid contra hoc decretum fuerit attentatum.

C A P U T I X.

De Regularibus.

Religiosa Sacrorum Ordinum Instituta, quibus Militans Ecclesia novis veluti, aucta Præsidis hæreses, & vitia sælicius expugnat, eò gratiora nobis accident, si confederato nobiscum studio excolant Agrum Domini, & ex animi nostri sententia desudent ad sæcundam Messem in horrea Domini inferendam.

Omnes igitur nostræ Diæcesis Regulares, iique præsertim, qui ad Confessarii munus exercendum fuerint à nobis approbati, nostras Synodales Constitutiones frequenter legere nè graventur, ut quæ in illis ad eos pertinentia sancivimus

jugiter valeant adimplere .

Honestati , & Decori eorundem Regularium Ordinum consulentes , inhærentesque Decretis ab Innocentio XI. emanatis , prohibemus Religiosos per Urbem solos incedere sine licentia nostra , qui illis socium adjungimus , solatium Itineris , Actionum testem , & vitæ Custodem .

Trid. Sefs.
6. de re-
form. c. 3.

Degentes extra Claustra nullius privilegii prætextu se tutos existiment , quominus si deliquerint , à nobis secundum Canonicas Sanctiones puniri , & corrigi valeant . Qui verò in Claustris degentes extrà illa forsan notoriè deliquerint à Præfectis Monasteriorum intrà tempus à nobis præfigendum pro delicti qualitate coerceantur , & hi de animadversionis qualitate nos certiores efficiant , sin minùs delinquentes à nobis ipsis punientur .

Trid. Sefs.
25. de re-
gul.

Quia autem ex decreto Clementis IX. in fine Synodi legendo , definitum est Peccati mortalis Regulares Reos esse , qui paruo licet tempore Moniales fuerint alloquuti omninò à Sanctimonialium colloquio eos jubemus abstinere . Qui inobediens

diens repertus fuerit per suos superiores punietur, Jubentibus nobis in hanc rem sedulò invigilaturis .

C A P U T X.

De Seminario Clericorum .

CLericis nostri Seminarii unicè commendatam volumus sollicitam curam servandi ea , quæ pro Religiosa illorum educatione , & in litteris , Ecclesiasticisque disciplinis institutione ordinata sunt . Ut autem hæc Cura indies ardentior fiat, illi innixè invigilare exoptamus Rectorem Seminarii .

Trid. Sess. 23. cap. 18. de ref.

Qui in Seminarium optat admitti , ea recognoscere , & exequi non gravetur , quæ in nostra instructione aliàs Typis data in hanc rem leguntur .

Injungimus œconomis Seminarii exactam excussionem fidejussorum , qui tenentur reparare expensas pro Alumno factas , quando is sua culpa ad Sacerdotium non ascendit . Si huic juri præjudicium fecerit Episcopo inconsulto, se sciat de proprio satisfacturum .

CAPUT XI.

De Hospitalibus.

Trid. sess. 7.
c. 5. de Ref.

Charitas Dei, & proximi urget nos, ut pro Pauperibus infirmis, & Peregrinis paterno affectu anxie simus solliciti; Obtestamur idcirco, & in Domino obsecramus Hospitalium, Præfectos, & Ministros, ut omnia humanitatis, & Charitatis officia erga Pauperes exerceant.

Trid. sess. 25
c. 8. de Ref.

Omni diligentia satagant, ut cubilia mollibus strata, mundis sternantur linteis, ut Pharmaca, & cibi opportuno tempore ministrentur. Provideant ne duo in eodem lecto cubent Infirmi, neque iis nociva ab invisentibus præbeantur.

Studeant Hospitalium Cappellani, ut prompti sint infirmorum Confessionibus audiendis, aliisque Sacramentis ministrandis. Qui in hoc negligentes agniti fuerint, poenis in Edicto nostro præscriptis punientur.

CAPUT XII.

De Sacro Monte Pietatis.

NE in Sacro Monte Pietatis solum nomen retineatur; Præcipimus aboleri ab usum forsan introductum Avaritia Ministrorum non semel tantum, sed repetitis vicibus renovandi pignora in Monte Pietatis.

Trid. sess. 2.
cap. 8.

Prætereâ prohibemus Ministris Sacri Montis, Priori officio relicto ad aliud ascendere, donec obnoxii sint reddendis ratiociniis prioris administrationis.

Insuper vetamus omnibus, & singulis Ministris, aut Officialibus ejusdem Sacri Montis officio exeuntibus, aut exauctoratis aliud accipere, aut ad aliud promoveri in eodem Pio loco sine licentia nostra, nisi per triennium in eodem Sacro Monte vacaverint. Promotores, & Promoti contra formam hujus Decreti graves pœnas nobis dabunt, qui volentes omne damnum & præjudicium tollere, quod ex ca-

tenata Officiorum Administratione ab eodem successivè habita novimus provenire, nullam declaramus quamcumque Officialium electionem nobis inconsultis factam.

CAPUT XIII.

De Locis, & Legatis Piis.

Trid. sess.
22. c. 11.
Bull. in cæ-
na Domini
§. 17.

Cum piarum dispositionum executio inter præcipuas Pastoralis officii sollicitudines esse debeat, nè tam devotæ fidelium voluntates aliena malitia, aut negligentia debito effectu fraudentur; Præcipimus in primis Confraternitates Sancti Gregorii, & à morte nuncupatas exactè implere ea, quæ in nostris decretis ad eas pertinentibus præscribuntur, quod idem de aliis locis piis dictum volumus, quibus instructionem dedimus Typis impressam sedula obedientia custodiendam.

Med. Prov.
fav. 9. p.
c. 3. n. 13.

Jubemus prætereà Notarios Nobis significare Testamenta, Codillos, aliasque Tabulas rerum, quæ
pia-

piarum Caularum nomine Legatæ relictævè sunt.

Volumus deinde, ut omnes ad quos pertinet Electio Puellarum stas temporibus dotandarum, eas ex Testantium præscripto eligant, absque acceptione personarum.

Ut autem hoc sincerè accidat, Puellæ secretis eligentium suffragiis in Urna receptis eligantur, ut omnibus constare possit, supra quam fors ceciderit.

Si electa Puella brevi est nuptura, aut Religionem ingressura, Dos ei nubenti, aut Religionem ingredienti statim tradatur, sin minus in Sacro Monte deponatur, nè quando Puella, aut Deo sacrandæ, aut nuptui tradenda erit, alienæ avaritiæ, aut injustitiæ causa sua sorte frustretur.

Pecuniæ piorum Locorum, quæ ex obligatione sunt reinvestiendæ in Sacro Monte deponantur, donec data opportunitate fructiferæ investiantur, nobis tamen consultis. Transgressor hujus Decreti earumdem pecuniarum periculum subibit.

Libri, ex quibus constare debent rationes dati, & accepti Piorum locorum quolibet anno ineunte Julio à Massariis Prioribus, & Præsidibus ad nos deferantur una cum libro Capitalium vulgò *Campione*, cum clavis, & distinctis computis reddituum, & expensarum, ut fidelis illorum administratio commendetur; Morosi Debitorum ad solutionem compellantur, Successoribusque in Officio iidem Libri cum administratione concedantur. Inobedientes ex meritis punientur arbitrio nostro.

Et quoniam præcipuarum administrationum Libri ad nos delati sunt, quorum ratiocinium per delectos Ratiocinatores recognitum non fuerat, ut impofterum huic malo consulamus; Præcipimus sub pœnis, ut supra infligendis piorum locorum Priores, & alios quocumque nomine vocatos Superiores operam dare, ut maturo tempore calculorum recognitores deligantur, qui ante finem Junii munere recognoscendi Libros perfungantur. Hac ratione in deterius lapsæ res
pio-

piorum locorum restaurabuntur ad pauperum subsidium, & decus Civitatis.

Pauperum Puerorum, & Puellarum inopia, ut paternam à nobis exigit charitatem, ita majori pietatis studio pia Loca fovemus, quæ illis alendis sunt destinata, Quare quæ de Domibus Orphanorum, & Mendicantium, aliisque hujusmodi locis sancita sunt, exactè volumus custodiri.

CAPUT XIV.

*De Cappellanis, Oratoriorum,
& Confraternitatibus.*

NE Ecclesiastica Hierarchia in Diœcesi nostra perturbetur, præcipimus Cappellanis Confraternitatum, & Oratoriorum, ut manentes in Ordine suo Ecclesiis inserviant, nequaquam usurpantes indebitè functiones, aut Jura Parochorum; Prohibemus præterea ipsis Benedictiones Palmarum, Candelarum, Cinerum, & alia hujusmodi, quæ Parochialis sunt Juris.

Fav. r. tit. 6
c. 5. n. 13.

Mis-

Fav.9. p.4.
c.6.n.2.

Missæ Sacrificium ità opportunè celebrari studeant , ut commoditati fidelium inseruiant , & Parochiali Ecclesiæ non sint importuni ; quare eo tempore illos Sacrum facere prohibemus , quo Missa Parochialis habetur .

Ut omnibus Panis Divini Verbi frangatur , Mysteria Fidei omnes doceantur , omnibusque publicentur Jejunia , Dies festi , Bullæ , & Constitutiones ab Ecclesiæ Rectoribus publicandæ , Cappellani ex Commessione Parochi in Oratoriis , ruralibus ea peragent Altari operantes , quæ Parochis in Missa Parochiali superiùs præscripsimus .

CAPUT XV.

De Clericis inservientibus Ecclesiis .

Sess.23.c.14

QVia ex Sacrosancti Concilii Tridentini Decreto ad Presbyteratum assumi debent , qui piè , & fideliter ministeriis antea actis se gesserint , decernimus Clericos omnes Ecclesiæ servitio destinatos ,

natos, illi assiduè inservire, nobisque suam diligentiam in hoc Sacro ministerio probare Rectoris suæ Ecclesiæ testimonio, ad quod præcipuè attendemus, quando ordinibus peccent initiari.

CAPUT XVI.

*De Meretricibus, Concubinato,
Lenociniis, ac Vestitu
Fœminarum.*

Turpitudini nusquam locus; quia tamen Meretricis turpitudinem permittere cogimur, illam ad Lupanaria amandamus prohibentes Meretrices incolere domos in viis populo frequentibus, aut propè Ecclesias, vel Monasteria. si quis autem in prædictis locis Domum eis locaverit, aut partem, in eum pœnis pecuniariis, aut Censuris procedemus, prout in Dominovisum fuerit expedire.

Turpissimas autem Concubinitus fordes, & fidelium Animarum scandala è nostra Diœcesi expellere cupientes, Parochis districtè injungimus,

Const. Leonis X. incipiens prima.

Trid. cap. 3. sess. 24. de Ref.

gimus , ut quos in Concubinato
versari cognoverint salutaribus ad-
hortationibus ad purioris vitæ stu-
dium reducere paternè laborent ;
obstinatè verò , & notoriè in impu-
ritate persistentes ad nos deferant .

Si persona aliqua alienæ libidi-
nis nefaria Ministra Virginis , aut
mulieris , præsertim castæ , integræ-
que famæ mentem detestandis le-
nocinii artibus corrumpere , aut ten-
tare comperta fuerit , fustigationis
irrevocabilis exilii , aliisque pœnis
contra Lenones à Jure statutis affi-
cietur .

Constit. 18.
Pauli IV.
incip. San-
ctissimus.

Et quoniam inverecundus , &
mollis fœminarum Corporis cul-
tus incentiva libidini ministrat ;
Commendamus mulieribus omni-
bus , ut modestiæ , & verecundiæ
memores , ita muliebrem mundum ,
& vestium ornatum componant , ut
spectantibus peccati offendicula re-
moveantur , illarumque honestatis
species commendetur .

CAPUT ULT.

De Constitutionibus.

Inutili rerum Ecclesiasticarum studio Synodales Constitutiones publicantur, si contumaci subditorum inobedientia negliguntur. Quare licet sperandum sit nostræ Ecclesiæ Clerum statutis sanctionibus obtemperaturum non pœnæ formidine, sed obsequio obedientiæ suo Episcopo debitæ; tamen ut etiam refractarii ad legum observantiam compellantur, pœnas identidem Decretis adjunximus, optantes ex animo, ut nullus propositis pœnis locus relinquatur, magisque in obediendo subditorum probitas, quam nostra in præcipiendo diligentia commendetur.

DECRETUM

In Visitatione datum sub die prima
Septembris 1693. & pluries
confirmatum.

*De Cohabitatione Mulierum in
domibus Parochorum.*

Qui ad Parochiales Ecclesias
assumuntur, à Deo vocantur
in partem Sanctorum, ut paternam
Domum, & Populum suum obli-
se totos Ecclesiæ, & Curæ Anima-
rum devoveant. Sciant propterea
Parochi, & Curati, gratissimos se
Deo, & Episcopo suo futuros, si
mulierum familiaritatem, & habi-
tationem præsertim in propria Ec-
clesiæ Domo fugiant, eaque obser-
vent, quæ in hoc Decreto eos præ-
cipimus custodire.

Mulieres quocumque consanguini-
natis, aut affinitatis vinculo con-
junctas in Domibus Parochialibus
in posterum inhabitare prohibemus
absque expressa Episcopi licentia,

con-

concedenda tamen, postulante necessitate, tum etiam aliis justis de causis.

Regulariter mulieres pro famulatu in Domo Parochiali non habeant locum, nisi ex nova expressa permissione Episcopi ad præscriptum Sac. Tridentini Concilii infra duodecim dies, aliàs &c.

Hæc licentia extendi poterit ad aliquam affinem, & Consanguineam in primo gradu, moribus, & ætate gravem, prout opportunitas seu necessitas famulatus postulaverit.

Prædictæ mulieres famulatu, ut præfertur, destinatæ, nulla ratione alias fœminas in Domum Parochialem introducant sub pœna privationis famulatus, & aliis arbitrio nostro piis locis applicandis.

Deinde eisdem mulieribus Parocho famulantibus ingressus in Ecclesiam non pateat per privatam januam, qua utitur Curatus cum suo Clerico Ecclesiam è proprio cubiculo ingrediens, neque permittantur mulieres se ingerere in functionibus ipsius Ecclesiæ ad quas viri solùm admitti debent.

Uno verbo Domus Ecclesiæ, ipsique Ecclesiæ annexa, sit solùm in posterum Curati habitatio, & non sæcularium, qui ad commercia, & fortassè illicita admitti possunt, nisi aliter concessum fuerit, ac provisum per Episcopum, qui diuturnis, & quotidianis documentis edoctus, mulierum, & sæcularium commercia in Parochiali Domo, animarum detrimenta parere, ad hæc stabilienda compulsus fuit.



O R D I N I

*Fatti dall'Em inentifs. e Reverendifs
Sig. Card. Negrone Vescovo
di Faenza ,*

*Da osservarsi inviolabilmente da
Confratelli delle Compagnie , che
vanno in Cappa in conformità del
Decreto publicato nella Congrega-
tione hauutasi avanti l'Eminenza
Sua il dì 16. Giugno 1693.*

1. **C**He si riformino i Rol-
li , ò Cataloghi de'
Confratelli di ciascuna Compagnia,
ritenendo (esclusi tutti gl'altri . an-
cor che pretesi privilegiati) sola-
mente quelli, che vorranno frequen-
tare , ed adempire quanto viene
prescritto dalle proprie Regole .

2. Ciascun Confratello dourà
havere la propria Cappa , e chi non
ne fosse provisto , si escluderà im-
mediatamente dalla Compagnia .

3. Circa la Recitazione de' Di-
vini Officii ne' giorni festivi , si of-
fer-

serverà inviolabilmente l'ordine, che segue, cioè terminato il solito segno della Campana del Matutino alla Cattedrale, si farà precedere per mezz' hora in ciaschuno Oratorio, mentre si radunano i Confratelli, la lettione di qualche Libro Spirituale, dandosi doppo principio al recitamento dell'Offizio con ogni douuta attenzione, e divozione, e poscia s'ascolterà la Santa Messa con l'uso de'Sagramenti, secondo la divozione di ciascuno, ed obbligo rispettivamente de Confratelli ne' tempi stabiliti dalle loro Regole.

4. Doppo la Messa succederà opportuno al profitto Spirituale de' Confratelli il sermoneggiarsi per un quarto d' hora, ò dal Cappellano, quando sia capace di discorrere in publico, ò da altro Religioso, che in difetto di esso sarà provveduto, e ciò si osservi specialmente ne' giorni che si è fatta la Communion da Confratelli, conforme la Regola.

5. Il doppo pranzo nell' istesso modo doveranno congregarsi per la Recitazione del Vespero, Compieta, ed altre Divozioni secondo la

lodevole consuetudine di ciascun luogo .

6. Nell' intervenire alle Processioni , ed accompagnamento de' Morti doveranno li Confratelli radunati nel proprio Oratorio concepire ogni maggiore studio , ed applicazione per uscire in publico con quella modestia , divozione, e compostezza , che conviene a tal Ministero , procedendo bene in buona ordinanza , e modo decoroso con edificazione del Popolo sotto la loro Croce , ò Stendardo da portarsi alternativamente da uno de Confratelli, a cui verrà imposto da chi presiede , ritornando nell' istessa forma a proprii Oratorii in venerazione , ed accompagnamento della Santissima Croce .

7. Nell' Elezzione de gl' Officiali , si offervi la disposizione del Sinodo di non estraersi a forte , ma costituirsi per scrutinio di voti segreti , e questi Eletti si notificino con le loro sicurtà a Sua Eminenza per l'approvazione .

8. Non potrà alcun Ministro essere confermato nel suo Offizio
sen-

senza facultà dell' Eminenza Sua, e se prima non haverà resi, e saldati li Conti della precedente Amministrazione, e sodisfatto al Reliquato.

9. Si offervi inviolabilmente il Decreto ultimamente fatto, e pubblicato di non disporfi de' denari de' luoghi pii, ne in compre di stabili, nè in Censi senza espressa licenza di Sua Eminenza, e sotto le pene contenute in detto Decreto, ed ogni denaro della proprietà doverà depositarsi nel Sagro Monte, e non ritenerfi.

10. Finalmente doverà ciascun Luogo pio conservare la Vacchetta degl' obblighi, per mostrarsi a suo luogo, e tempo l' adempimento conforme i Decreti della Visita.


11. Non s'uscirà a funzioni con la Croce, se non in numero competente, e decoroso, e mai farà la Compagnia minore di dodici, oltre quello, che porta la Croce, e niuno farà posto in Rollo; che scorso il tempo del Noviziato.

12. Ricetto a Contumaci, ò Ritirati per Civile, non si darà da Confratelli del Luogo, & in specie
a con-

a contumaci Criminali negl' Oratorii, ò Luoghi annessi, senza scienza, ò licenza di Sua Eminenza, che la concederà secondo la qualità de' Casi, e contro tutti quelli, che non saranno osservanti de' suddetti Ordini, si procederà a multe proprie, ed utili al luogo pio, ed altre pene ad arbitrio &c.

In fede. Dato in Faenza nel Palazzo Episcopale questo di 23. Giugno 1693.

Gio. Francesco Card. Negroni
Vescovo.



DECLARATIO

Sacrae Congregationis Concilii à
Sanctiss. Domino Nostro
Clemente IX.

*Approbata super accessu Regularium
ad Monasteria Monia-
lium.*

Die 11. Maii 1669. Sac. Con-
gregatio Eminentissimorum
S.R.E. Cardinalium Concilii Tri-
dentini Interpretum, habita noti-
tia, quod nonnulli Regulares absq;
licentia crates Monasteriorum, Mo-
nialium adire, & frequentare non
dubitent, prætendentes non esse in-
terdictum per breve tempus, etiam
usque ad quadrantem Horæ cum
dimidio, quod horologio arenario
aliquando metiuntur, Moniales,
aliasque personas intra clausuram
existentes alloqui, & hanc opinio-
nem tanquam tutam affirmant, dis-
feminant, & forsan etiam scriptis
euulgant, proprias graviter illa-
quean-

queantes conscientias, & scandala
confoventes, ad hujusmodi perni-
ciosos errores eliminandos, opinio-
nem prædictam improbens, reii-
ciens, & damnans declaravit Re-
gulares cujuscumque Ordinis, Mi-
litiæ, Societatis, Congregationis,
& Instituti, etiam de quibus specia-
lis mentio foret habenda, qui ad
Monasteria Monialium, quamvis
ab Ordinarii Jurisdictione quomo-
dolibet exempta, & etiam ipsis
Regularibus subjecta, vel aliàs spe-
ciali mentione digna, absque legi-
tima facultate accedunt, colloquen-
do etiam per quodcumque modi-
cum temporis spatium cum Mo-
nialibus, aut aliis intra clausuram
degentibus, peccare mortaliter,
eosque sub Excommunicationis
privationis vocis activæ, & pas-
sivæ, aliisque contra Regulares ac-
cedentes sine licentia ad Monaste-
ria Monialium, statutis pœnis
posse ab Ordinario tanquam Sedis
Apostolicæ Delegato coerceri. Er
die 7. Junii ejusdem anni facta rela-
tione Sanctissimo Domino Nostro,

Sanctitas Sua præsentem declarationem approbavit, ac Typis dari, servarique jussit.

Angelus Card. Celsus
Præfectus.

*S. Brancaccius Archiepisc.
Andrinopolitanus Secretarius.*

C O P I A

Di Lettera dell' Immunità
Ecclesiastica

*Scritta al Nuncio Apostolico
in Napoli.*

Non piace a Nostro Signore, che le Chiese, ed altri luoghi Sacri servano per Asilo, e per ricetacolo a Tristi. Onde m'hà fatto comandare di scrivere a V. S. che faccia proibizione, ed intimare per parte di Sua Beatitudine a Superiori de' Monasterii de' Regolari di tutti gl'Ordini col mezzo degl' Ordinarii, ò come meglio parerà a lei, che per l'avvenire non diano ricetto à forte alcuna di Condannati, Banditi, ò altre genti di mal' affare, ne à falliti, e Debitori, sotto pena di privazione di Offitio, se s'haverà notizia del Ricetto, ancorche non siano trovati questi tali ne Monasteri, e sotto altre pene; anco maggiori all' arbitrio di Sua Santità, e

vuole in oltre che si stia avvertito per punire quelli, che haveranno ardire d'contravenire a quest' ordine. Potrà dunque V.S. andarlo pubblicando per i luoghi, dove ne farà maggiore bisogno, e di mano in mano per tutto, accioche non se ne possa pretender ignoranza. Il Signore l'assisti con la sua Santa Grazia.
Roma 11. Aprile 1602.

Di V. S. come Fratello
affettionatis.

Il Card. di Fiorenza.

C O P I A

Di Lettera scritta dall' Eminentifs.
di Carpegna per ordine della
fel.me.d'Innocenzo XI.

Sopra i Regolari , ad effetto
vadino accompagnati.

*Eminentifs. e Reverendifs. Sig.
mio Osservandifs.*

PRemendo grandemente alla
Santità di Nostro Signore, che
li Regolari, quali devono essere un
Esemplare di santità nella Chiesa di
Dio, vadino per le Città con quella
modestia, e decoro douuto al loro
stato di perfezzione, m'ha ordinato
di scrivere la V. E. che con pene di
carcere, ed altre à di lei arbitrio re-
sti seruita di procurare, che tutti li
Regolari di qualsivoglia Religione
di coteffa Città vadino, uscendo da
loro Conventi, sempre accompa-
gnati. Si compiacerà per tanto
V.E. di formare un publico Editto

sopra tal espresso volere di Sua Beatitudine , e fattolo affigere ne pubblici soliti luoghi, farà castigare severamente quelli Regolari , che ne faranno trasgressori . Significo tutto ciò a V. E. per commandamento impostomi da Nostro Signore coll' oracolo della sua viva voce , e mentre starò attendendo da lei , che sia eseguita la santa mente di Sua Beatitudine per farne relazione alla medema ; Bacio per fine all' E. V. vnilmente le mani . Roma 27. Aprile 1678.

Umiliss. & affectionatiss.
 Servitore

Il Card. G. di Carpegna.

EDIT-

EDITTO.

N On effendoci cosa più dannosa al publico, ed al privato, quanto l'esser gl' Huomini ò ignorantissimi, ò poco versati nelle regole, e principii di quella Professione, che essercitano, di quì è, che si vedono destinati in ogni Professione, chi istruiscano, e diano le opportune, e necessarie direzioni per evitare i disordini, e pregiudizii che da ciò nascerebbero. Hor se questo procede per il buon governo delle cose temporali, molto più deve haver luogo nel governo, e nella direzione Spirituale, e dell'Anime Christiane, che professano la Fede di Giesù Christo. Deve necessariissimamente esservi chi le istruisca, e dia loro gl'insegnamenti per poterne offervare la regola, ed i precetti; E perciò sono stati da Giesù Christo, e successivamente da suoi Vicarii in terra destinati per questo effetto i Parochi, come Sal della Terra. *Vos estis sal Terræ*, e sotto questa

ragione d'esser Sale de i Popoli si rispettano, e si mantengono i Parochi. Che se questi trascurassero questa primaria operatione de loro essere, e del loro ministerio, giustamente dourebbe rimanere oggetto de i castighi di Dio tanto in questo Mondo, quanto nell'altro: *Quid si sal infatum fuerit in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut eiiciatur foras, & conculcetur ab hominibus.*

Per rimediare dunque, ò prevenire, che non succeda un tanto disordine nelle Parochie della Nostra Diocese, esortiamo per le viscere di Giesù Christo, e col presente nostro publico Editto, ordiniamo à tutti li Curati, Cappellani, ed altre persone destinate alla Cura dell'anime della nostra Diocese, che dentro il termine di tutto il Mese d'Ottobre debbano hauere presa nota di tutti li Figli, e Figlie soggette alla loro Cura, che sono capaci d'ammaestramento nelle cose spettanti alla loro salute, e nel prendere detta nota esortino li Capi di Casa à mandarli ogni Domenica alla Dottrina Christiana, considerando in
oltre

oltre chi trà loro possa esser capace di prestarli ajuto in questo Santo esercizio con invitarlo al medesimo.

Questa frequenza della Dottrina Christiana douranno i Parochi zelarla più precisamente con i Chierici, sì perche l'apprendino, e la possedino bene quelli, che ne hanno bisogno, e quelli che la possedono ajutino li Parochi medemi in istruire i Popoli, ed à quest'effetto proibiamo espressamente al nostro Vicario Generale, ed ad ogni altro Ufficiale della nostra Cancellaria Vescovale, che non diino in alcun modo Lettere remissoriali per promoverli ad alcun ordine Clericale, quando non vi sia la Fede de proprii Parochi sopra questa frequenza.

Siano li Parochi tenuti, in tutte le Domeniche insegnare pubblicamente detta Dottrina Christiana nelle loro Chiese, almeno per lo spatio di un' hora intiera; e questa dourà essere dopo il pranzo prima de Vesperi particolarmente dentro le Città. Nel Territorio poi, quando che per più assicurarsi della moltitudine degli Uditori fosse meglio

insegnarla subito dopo la Messa delle sopradette Domeniche, si faccia, con darne sempre prima il segno con la Campana per un quarto d'ora in circa. Nè possa alcuno esserfermi da questo Santo impiego senza nostra licenza: Et ogni volta che li detti Parochi mancassero d'insegnare come sopra, s'intendino incorsi nella pena di uno Scudo d'Oro d'applicarsi per servizio della detta Dottrina Christiana. E se più di sei volte l'Anno trasgredissero questo nostro Ordine, vogliamo che s'intendino incorsi nella sospensione à Divinis.

Faranno li detti Parochi osservazione di quelli, che non frequentano, notandosegli, per ammonire i medesimi alla frequenza, e per avvertirne i Capi di Casa, quando lo stimino profittevole, e necessario lodare all'Altare nella Messa de' giorni festivi quei Capi di Casa, che premono nel fare istruire i proprii Figli nella Dottrina Christiana, con nominarli individualmente. Per quelli poi, che continuassero nella contumacia di non mandare i Figli
alla

alla Dottrina Christiana, ne daranno i Parochi nota al nostro Vicario Generale, il quale hauerà da noi gl'ordini opportuni per provvedere al disordine.

In oltre li detti Parochi doveranno ogn'anno rinovar la nota di quelli, che sono capaci per l'insegnamento della Dottrina Christiana, con far la visita à ciascheduna Casa della loro Parrocchia.

Doveranno in oltre avvertire, che li Maestri di Scola facciano apprendere, ed imparare à mente alli suoi Scolari la Dottrina Christiana, ed assicurarsi, che li detti Maestri habbino fatta la professione della Fede, e che ne apparisca vestigio in scritto, con mandare la nota di detti Maestri al nostro Vicario Generale.

E per facilitare maggiormente alli detti Parochi la materia, sopra la quale doveranno istruire, se gli prescrivono l'infra scritti Capi.

Sopra il Credo. Dichiararete fino à quel segno, che si costuma il mistero della Santissima Trinità, passando da questo à quello dell'Incarnatione, sì necessarij à crederli esplici-

plicitamente per la salute; e toccando anche in ultimo la venuta, che Christo farà di nuouo per giudicarci alla universale risurrettione de' Corpi.

Sopra il Pater noster. Farete nota la stretta necessit  che ogn'un tiene di raccomandarsi al Signore, s  per superare le tentationi, e s  per ottenere il dono, altrimenti non conseguibile, della perseveranza finale.

Sopra i Commandamenti. Prima. Riprenderete l'abuso intollerabile, ch'hanno molti di giurare ogni tratto senza necessit , con esporri   rischio, per il mal' abito fatto, di giurare ancora senza verit , e ricordarete il rispetto sommo, che si conviene al nome di Christo, al suo Corpo, al suo Sangue.

Secondo. Insegnarete come col solo pensiero si pu  spesso peccare ancor mortalmente, benche non si venga all'atto di fornicare di ammazzare, di assassinare, o di altro s  fatto male: e condannarete l'abuso di amoreggiare, ch'  s  frequente.

Sopra i Sacramenti. Primo. Direte

rete ciò che vi voglia per amministrare in caso di necessità rettamente il Sacro Battesimo.

Secondo. Come à confessarsi bene sia necessario manifestare al Sacerdote intieramente le proprie colpe, non si lasciando per cosa alcuna mai vincere da quella ripugnanza, ò da quel rossore, che induce molti à colorirle, e à coprirle.

Terzo. Come per la Confessione medesima si richiegga non solo la integrità, mà ancora il dolore, e quivi distinguendo il perfetto dall'imperfetto, insegnarete à far l'atto di contrizione, e dimostrarete la necessità, che v'è di saperlo ben praticare, à cagione di varii accidenti.

Quarto. Come per l'istessa Confessione, in oltre si ricerchi ancora il proposito non solo di non peccar più, mà di tenerli parimente lontano dalle occasioni prossime di peccare.

Quinto. Quanto eccellente Sacrificio sia quello della Santa Messa, e ciò che si convenga ad udirla con divotione.

Sesto. Quanto gran peccato sia
l'ac-

L'accozzarsi alla Communionè con
 coscienza macchiata di colpa gra-
 ue, e ciò che far debbasi sì prima di
 ricevere il Signore, sì poi, che si è
 ricevuto.

Settimo. Che quelli i quali si Spo-
 sano avanti il Sacerdote, contrag-
 gono un Sacramento, e che però
 conviene che siano in gratia.

E finalmente quando i Parochi
 vedranno, che qualche numero de'
 Frequentanti sia bene istruito in
 detti Capi della Dottrina Christia-
 na, potranno valersi della Dottrina
 stampata dalla chiara memoria del
 Sig. Card. Bellarmino.

Faenza, questo dì 30. Settembre
 1691.

*G. F. Cardinal Negroni Vescovo di
 Faenza.*

E D I T T O

G I O: F R A N C E S C O

Della Santa Romana Chiesa
Diacono Cardinal Negro-
ni Vescovo di Faenza.

Considerato da Noi in occasio-
ne della Visita fatta della No-
stra Cancellaria Episcopale , e dell'
Archivio della medesima , che nella
Consegna seguita in mano del No-
stro Cancelliere di tutte le Scritture
in essa esistenti non vi sono Proto-
colli d'Instrumenti Ecclesiastici , nè
tampoco Copie d'essi , per il che ne
sono nati grandissimi inconvenien-
ti , e disordini ; Però volendo Noi
in esecuzione de' Decreti della Sa-
cra Congregazione in diversi tempi
promulgati a' medesimi disordini
provvedere ; Con il presente publico
Editto ordiniamo , & espressamen-
te comandiamo , che non si possa
nella Città di Faenza stipulare In-
strumento alcuno concernente con-
tratto meramente Ecclesiastico, che
dal Notaro Episcopale , ò pure in-
foli-

solldum con altro Notaro di questa Città à contentamento delle parti, e caso volessero si rogasse da Notaro solo della Città, ad instar Notarii Episcopalis, all'ora siano tenuti portarne la copia publica dentro il termine di quindici giorni da computarsi dal dì della stipulatione, nel Nostro Archivio, sotto pena di Scudi dieci da pagarsi in caso di contravvenzione da' Contraenti soggetti alla nostra giurisdittione, ad effetto di tutto conservare nel medesimo Nostro Archivio Episcopale. Avverta dunque ciascheduno ad'obedire, perche contro li trasgressori, e contrahenti ancora si procederà con gravi pene. In fede, &c.

Dato in Faenza dal Nostro Palazzo Episcopale questo dì 25. Settembre 1694.

I. F. Card. Nigronus Episc.

NOTIFICAZIONE .

L'Essere stati intesi, con grandissima passione d'animo, sì molti di quelli, che sono concorsi per le Chiese Curate, come altri, per essere promossi all'Ordinatione, per la loro grave, e supina Imperizia; Non conclude, se tutto sia proceduto per mancanza de' Maestri, ò per non volere studiare li Scolari. Ora si previene nel tempo solamente, notificandosi il principio delli Studii per il primo d'Ottobre prossimo, ed in detta mattina si faranno le Prefazioni; onde i veramente studiosi possano con fervore arrollarsi, ove più vogliono, perche i Maestri possano prender vigore ad essere loro veramente Maestri. Quelli, che vorranno proseguire nella Militia Ecclesiastica, potranno però eleggere le Scuole de' Padri della Compagnia di Giesù, e del Seminario, ò d'altri Lettori, e Maestri, sì per la Grammatica, ed Humanità, come per la Filosofia, e Teologia Morale, e que-

e questi s'hauranno in considerazione dal Vescovo per l'Ordinazioni in avvenire . Nessuno dourà passare alla Morale , che ò non habbia havuti i principii della Logica , ò nel tempo stesso , non voglia studiare questa professione . Sia sempre ricordata la maggiore attenzione alla Grammatica , & Humanità , perche con questi fondamenti goderanno i Maestri della buona volontà de Scolari , e gli Scolari riceveranno ogni consolazione da' loro Maestri . Così il Sistema Litterario darà mutazione con glorioso vantaggio .

Principium Studiorum erit die prima Octobris 1694. cum Praefationibus .

IN posterum sine attestazione, seu fide jurata, atque secreta danda per Canonicum Lectorem, & Patrem Theologum Societatis Jesu, & alios Lectores, & Magistros, Eminentissimo Episcopo, de frequentia, studio, & scientia; nemo audietur in Ordinationibus per eundem Episcopum faciendis.

ORA-

ORATIONES

Habitæ in Synodo.

ORATIO PRIMA.

TOtius nostri Cleri confessus, jucundissimus nobis accidit: quemadmodum enim vos singillatim in hoc Dominico agro excolendo, jugem laborem impendere studuistis, & adhuc indefinenter impenditis ad ædificationem: Pariformiter, ad nostrum solatium, vos omnes, in unum hic congregatos, exoptavimus perardenter in partem nostræ sollicitudinis venire; ut uno spiritu, vobisque concordibus Ecclesiasticam disciplinam, Divinæ legis observantiam, ac morum integritatem, in ea qua dignoverimus parte collapsam, salubri consilio, ac Legum firmitate; conservemus, ac conservatam, ad uberes pietatis fructus, atque Religionis incrementum promoveamus,

mus. Dolemus, ex intimo cordis, doletis equidem, & vos, non ignoramus, tanquam zelantes Legem Dei, & forma facti Gregis ex animo, inimicum hominem, huc illicque; circumeuntem, per avaritiam, quæ est radix omnium malorum, per sensus illecebras, ac sæculi voluptates, optimo semini, quo fuit hic noster ager refertus, à Præsulibus Antecessoribus, super seminasse zizaniam, usque ad messem cum tritico jam jam adultam: Verùm ex Divina munificentia non deficit materia exultandi, quando illam in aperto positam, manus vestræ, mecum operantes, admovere tutò poterunt ad radicibus præcidendam. Alacres igitur, opus assumite: Ecce duo gladii, hic, verbis vos alloquar Apostoli Petri, quorum alter, est verbi Dei, penetrabilioris omni gladio, & pertingentis usque ad divisionem animæ, & spiritus ad bona nempe promovenda, & mala destruenda, ut explicat Angelicus Doctor; Alter est, ut juxta Apostoli monitum, præbeatis in omnibus vos ipsos exemplum bo-

Ad hebr.
4.12.

2. ad Tir.
2.7.

norum operum, in Doctrina, in Integritate, in Gravitate, ita ut nemini detis ullam offensionem, habeatque nemo malum dicere de vobis: sicque verbo, & exemplo legem implebitis, sicq; ad rectam vivendi normam convertentur desideria populorum, à peccatorum laqueis pedes evellent, Dei templa, quâ par est, veneratione frequentabunt, & excolent, ac opus Dei non negligenter, sed quam diligentissimè peragent. Hos igitur duos gladios, accipite, & sufficit, ut os Domini loquutum est. .

Hoc munus vestrum est, Dilectissimi, hoc ratio Justitiæ à vobis postulat, sal terræ à Domino constituti, quæ impura carnis labe tabescunt, salis acrimonia sanate. Lucerna mundi, supra candelabrum positi, vitiorum tenebras dissipate, splendore sanctitatis. Dominici Gregis Pastores, contendite, ut oves Christi in caulam Domini introducaris. Pudeat, vobis Pastoribus oves à Tartareo Lupo dissipari, lancinarique, vobis Ducibus, populos in tenebris ambulare, vobis
salien-

salientibus putrescere in desideriiis Carnis, animas immortales, quarum salutem requireret de manu vestra Pater æternus. Vincire in bono malum, & facite præmium operi, & labori vestro prætiosæ margaritæ lucrum, quam venditis omnibus, comparat Divinus ille mercator, qui facit sanguinem suum præmium animarum. Commendabitis labores vestros Cælesti Patrifamilias, qui vobis acceptum referet, reducem ad Paternos amplexus Filium, post patrimonium luxuriosè vivendo dissipatum: Lætitiâ facietis Angelis Dei exultantibus in gaudio, super uno Peccatore, pœnitentiam agente. Cælo animas inferetis Divino reparatori adeo caras, ut nihil, teste D. Grysoft. studiosius affectet Deus, quam salutem animarum.

Agite ergo, vos compellat D. Bernardus, pro loco, quem tenetis pro Dignitate, quâ polletis, pro potestate, quam accepistis, ne videamini, viles, habere, animas, Deo unicè dilectas; mementote, (iterum repetimus) pertimescenda
Dei

Dei verba, per Exechielem emissa :
 Ecce ego ipse super Pastores requi-
 ram Gregem meum de manu eo-
 rum.

Habemus intra fines Diæceseos
 numerum non exiguum languen-
 tium, cæcorum, claudorum, ari-
 dorum, expectantium aquæ mor-
 tum: ne, quæso, patiamur illos in
 cælum clamare, Hominem non ha-
 beo, qui in Probaticam Pœniten-
 tiæ demergat: qui fiat aberranti-
 bus, pes claudi, & oculus cæci:
 Quid, Fratres dilectissimi, & Filii,
 quid in die suprema, æterno Judici
 poterimus respondere, si super Po-
 pulo constituti, quasi rationem pro
 eorum animabus reddituri, servi
 inutiles, & mercenarii inveniemur?
 Tot occidimus, teste D. Gregorio,
 quot ad mortem irequotidie tepidi-
 tacentes videmus; & si homicida
 non habet vitam æternam in se
 manentem, quæ dira supplicia ex-
 cruciabant animarum interfectores,
 & ab interitu, cum Justitiæ, &
 Charitati sint obstricti, non eru-
 entes?

Legitur?

At desinat stimulus noster ve-
 stram

stram incesſere Charitatem : hæc eſt, optime novi, quæ vos urget, hæc tenet veſtras aures erectas ad Divini oraculi ſonitum nobiſcum concludentis: attendite vobis, & Univerſo Gregi: Vobis in primis, nam ut ait Magnus Gregorius : Tunc verè aliis recta prædicamus, ſi dicta rebus, & exemplis, oſtendimus. Profectò ſi cæcus cæco ducatum præſtare non poteſt, niſi ad lapſum, & ruinam. Si ab obſito tenebris ſole ſubiecta corpora illuminari nequeunt, aperte videtis, à vobis prius vitæ ſanctioris lucem inchoandam, ut ſplendor veſter effulgeat ad illuſtrandas & ſalvandas animas. Hinc jure meritò ſubditur: & Univerſo Gregi: quare audite Apoſtolum inclamantem: quæcumque ſunt vera, quæcumque pudica, quæcumque juſta, quæcumque ſancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate, & hac ratione exhibentes voſmetipſos, ſicut Dei miniſtros, inceptum à vobis vitæ perfectioris ſtudium ad Populos feliciter extendetis, & parabitis

bitis Domino Plebem perfectam .

Ad hoc igitur Sacrum , ac Apostolicum Ministerium faustissima sorte destinati , non tepidè , non timidè , non negligentè , sed sincerè , sed sollicitè , sed constanter , opus Dei faciamus , ut æternam maledictionem declinantes , ab ipso consequamur Benedictionem , cujus honori , & Gloriæ adlaboramus .



Oratio Secunda.

Cum Deus optimus maximus (Eminentissime Præful, Religiosissime Senatus, vosque cæteri Ornatissimi Auditores) ab initio hominem rectum, immortalem, gratiis, donisque instructum, divina humanaque sapientia clarum creaverit, infælix homo in amplissimo statu collocatus, Serpentis suasu elatus Deum contempsit, & dignitatem in qua conditus erat amittens, mortis & gehennæ effectus est Reus. Eruperunt certatim vitia omnia, quodcumque scelus patrandi appetitus irrepsit, cæcitatibus tenebris interjectis versa est ratio in contrarias partes. Eò tandem primi hominis culpa illum adduxit, ut immortalitatem abstulerit, justitiam deleverit, gratiam eripuerit, vulnus ignorantiae infixit, & libertatem attenuaverit. Hinc immortalitati corruptio, justitiæ vitium, gratiæ peccatum, scientiæ stultitia, libertati servitus, lumi-

lumini mentis cæcitas, viribus imbecillitas successit, lata, spatiosaque vitiis omnibus area, patuit. Clementissimus tamen Opifex qua arte hominem creauerat, eadem quoque reparare dignatus est; Verbo namque suo struxit, verbo quoque erexit suo. Ejus sola clementia factam mortalibus salutem jam agnoscimus, quam ut assequeremur sanguine suo nos lavit, Sacramentis munivit, & post resurrectionem suam pascendas oves alendosque agnos insigni charitatis ardore B. Petro commisit. Certum etenim est hominem divina lega quasi sepimento vallatum, summa naturæ imbecillitate, & immensa cupiditate sæpe labi, sæpeque ab officii semitis deflectere; crescente namque Ecclesia ipsa gradibus, & ordinibus in ea dispositis, cum ad eos discernendos & litibus, quas effrænata cupiditas pacis æmula quotidie generat, lex non sufficeret Euangelica, tam ab Apostolis, quam eorum Vicariis per temporum successiones, plurima instituta Concilia, Statutaque sunt ædita, quibus appetitus noxius

sub juris regulis quasi Sanctissimis vinculis adstrictus , à recto cursu non declinet , aut aliquando digressus , iisdem adiutus in viam salutis revertatur .

Synodum ergo hanc habet Eminentissimus , ac Reverendissimus noster Præsul ut peragenda agat , pertractanda tractet , & si quæ statuenda statuatur , & decretata jam confirmet , & juxta temporum vicissitudinem , augeat , vel moderetur , in gravioribus rebus deliberandis aliorum consilia exquirenda optimè noscens . Satis enim experimento constat , neque id longæ Orationis ambages desiderat , ut probetur res quæ ad bonum Ecclesiæ regimen , & ad mores reformandos pertinent in Concilio , & cætu Patrum , ubi suo quisque loco sententiam dicit , tractari prudentius , maturius deffiniri , probari solemnius , & gratius à cunctis populis acceptari . Divinis namque ipsis Oraculis Sacrarum Scripturarum admonemur ibi salutem fore , ubi fuerunt multorum consilia , e contra verò vbi nulla vel pauca . Sanè neque

que Moyſes ſanguinem fæderis reſperſit niſi in Concilio ; neque Apoſtoli Mathiam , aut ſeptem Diaconos elegerunt extra Concilium ; neque prima illa juris Eccleſiaſtici ediderunt decreta niſi in Hyeroſolimitano Concilio . Ubi Apoſtolicum Symbolum anguſtum verbis, non anguſtum Sacramentis eſt explicatum latius, atque deſenſum, quàm in quatuor illis Conciliis Nicæno , Ephefino , Conſtantinopolitano , Chalcedonenſi ? Scripturæ Sanctæ Canonicae ubi ab apocriphis diſcretæ ſunt niſi in Conciliis ? Hæretici ubi reſiſti ſunt, ubi damnatæ hæreſes , ligatæque in faſciculos ad comburendum niſi in Concilio apud Lateranum , apud Conſtantiam , apud Antiochiam , apud Viennam ? Mores tandem tum populi, tum Sacerdotum quando emendati in melius præterquam in Sacroſancta illa Synodo apud Tridentum ? Quibus omnibus illud in primis erat propoſitum ut fides ſervaretur incolumis , & morum candor haberetur illæſus : Si quidem ea eſt Serpentis antiqui calliditas , ut ſi virus

nequeat evomere in caput ipsum fidei, corpus reliquum, mores inquam impetat, & paulatim diffundente se vi veneni, caput attingat; ex quo si quis fidei consultum vult, mores ut servantur illibati prospiciat: idque non nbi semel, aut iterum præstiterit, satis se fecisse opinetur. Diabolus nec dormit, nec dormire potest; ut ille semper vigilat ad inferenda nobis damna, ita Ecclesiæ Dei Pastores excubare debent assiduè ad machinas inimici dissolvendas. Hoc est quod magni illius Nicæni Concilii Patres reddita jam Ecclesiæ pace, divino afflato spiritu statuerunt, ut quotannis Episcopi suos ad Concilia bis convocarent, quod saltem ut semel fiat, eodem afflante spiritu Tridentini Oecumenici Concilii Patres decreverunt. Quare cum ejus decreto huc vos confluxeritis, agite, ut omnium scelerum monstra, atque portenta vitiorum, (si quæ in subditorum animos irruerint) exterminentur, & profligentur. Omnes malorum labes delete; Infernalis hydræ capita contundite; & ex ipsis Orci faucibus
ani-

animarum prædam eripite. O beatum sæculum verè aureum, cum Christianæ Religionis alumni expurgatis vitiorum fordibus, ferè pietati se pænitus totosque tradiderint, Eja igitur & tu (Præsul amplissime) dum ille in Te Deus cujus Tu personam in terris sustines, quàm diutissimè, ac fœlicissimè huic Ecclesiæ Te præesse velit, age viriliter; Urge constanter, ut facias istud quod aggressus es propositum, omnemque diligentiam adhibe nè scelerum contagia latè serpent, sed Christianæ pietatis æstus in hominum animas ardentius efferuescat. Memento nostrum Te communem Parentem, ac Pastorem esse, nostram omnium salutem ab eo tibi commissam, & creditam, qui cum divinitatis gloria potiretur, humana assumpta natura, sanguine suo viam nobis in cælestes illas regiones aperire minimè recusavit: nullam existimans tam morbosam, nullam tam vagam, nullam tam perditam, & errantem ovem, quod bonus Pastor non sanare, non reducere, non requirere cupierit. Omnia spe-

ramus à Te excitatum iri, si quæ pravis hominum moribus pietatis monumenta perculsa iacent, atque prostrata,

Ad vos modò Venerandi Patres mea redit Oratio, non ut vos admoneam, vel excitem, qui mihi studio, & fervore longè præcurritis, sed ne mea vox impositi muneris officio defecisse videatur. Mementote quod hic estis congregati, ut quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta intelligatis, per os Ministri ejus Prælati vestri; ut quæ hæcenus executioni demandata non fuerunt, demandare proponatis. Ideò sensuales omnes affectus sunt reiiciendi, omnia quæ cor vestrum ulla ratione possunt inficere, Agnatorum, rei familiaris, amicorum intuitus abiiciantur, & soli in solum Deum mentis vestræ oculi convertantur.

Quare omnes vos sūmopere hortor ut sæpè ad memoriam revocetis quæ in Hestdræ, quæ in Nehemiæ, quæ etiam in Danielis libris sunt scripta, in quibus Consilia Omnium ducum populi explicantur, qui hunc
unum

unum semper scopum habuerunt, ut sua, & populi atque Patrum peccata confitentes ad pœnitentiam, & implorationem Divinæ misericordiæ omnes excitarent. Quod cum Populus faceret, tunc quidem omnia illis fœliciter succedere. Eadem verò Consilia vobis si fœlicem successum, & exitum expectare volueritis in instauranda, & conservanda hujus Diœcesis Christiana disciplina quàm ob causam læti huc in spiritu convenistis, sequenda erunt. Atque eò quidem magis, quo etiam majora vobis certamina impendent instauraturis mores, quam illis instauraturis templum. Si enim illis multi, quominus id perficeretur se opposuere; si multi etiam cum opus impedire non possent eos irrisere; hoc quidem sic habetote vobis nec derisores defuturos, nec qui maximis viribus a cæpto opere vos deterreant, & avocent. Habebitis enim non modò colluctationem cum carne, & sanguine, sed cum spiritualibus nequitiis in Cœlestibus. Verum his omnibus potentior est in

cujus nomine hoc opus estis aggressi.

si . Accingimini igitur, & præliate
 prælia domini, & estote viri fortes.
 Congredietur, & occurret vobis Sa-
 than, neque suis dolis desistet vestros
 conatus eludere; sed ideò Synodus
 cogitur, ut Christi milites oppor-
 tunis decretis armentur ad perditam
 peccatorum manum proffigandam,
 & ostendatur exercitus militantis
 Ecclesiæ in turmas distributus, ar-
 mis instructus, ad præliandum com-
 positus adversus Hostem, cui ter-
 ribilis est ut castrorum acies ordina-
 ta. Tria verò illa præcipuè tela vo-
 bis tractanda sunt ad adversarium
 conficiendum quæ Rex ille sapien-
 tissimus idemque Sanctissimus Da-
 vid ad regendos populos à Deo de-
 missè præcabatur, Bonitatem, di-
 sciplinam & scientiam doce me,
 his muniti, si in hostium Cuneos
 irrumpitis brevi eos victoriam con-
 cessuros Dei nomine pollicemur.
 Rectam disciplinam vestris moribus
 exprimate, ut in hominum con-
 suetudine, quibus estis autoritate
 præpositi, etiam præluceatis exem-
 plo. Sanam scientiam Animarum
 Curatoribus adeò necessariam in

prædicatione populo tradite, ut plebs domini edocta sit eorum, quæ vel præstare sine excusatione debet, vel nescire sine Culpa non potest. His adjungite bonitatem voluntatis, quæ sibi illud in omni actione proponat, ut uni deo placeat, qui est unus bonorum operum sine mensura retributor. Sic enim tecti caput Fidei bonitate, pectus scientia quæ eruclabit Verbum bonum, manus, pedesque Misericordiæ, & Charitatis officiis erga subiectos proximos, si prodeatis ad pugnam, an non universi una voce victoriam conclamabunt? Ut jure illud affirmare possitis: persequar inimicum, & compræhendam illum, & non convertar donec deficiat.

Ad finem mea accedit Oratio. Unum tantum moneo. Nemo vestrum gravetur, aut lamentetur de Superioris præcepto quomodolibet emanato. Signum aliter est quod talis non amat. Si enim amaret, omne sibi mandatum leve, imò delectabile foret. Quinimò pro magno beneficio duceret, quod taliter à se amatus aliquid præcipere dignaretur;

retur; tum quia illum amat, tum quia occasionem haberet inde ostendendi amorem suum erga illum. Ostendit namque amorem suum erga aliquem quando ejus voluntatem adimplet. Multum ergo sibi favorem fieri reputat amans, si ab amato sibi dentur mandata, tantum abest ut illa adimplere gravetur. Imò cum fuerint graviora secundum se, tunc magis hoc gratum habet amans; quoniam (inquit) amorem meum erga illum manifestiorem reddendi habeo occasionem. Juxta enim mandati difficultatem adimpleti, judicant homines amoris magnitudinem adimplentis erga mandantem. Fælices igitur illi, de quibus tamquam de Jacob Patriarcha dici possit: videbantur dies pauci præ amoris magnitudine. Quid est amor? ignis. Quæ ignis est proprietas? Urere contraria atque ad nihilum ferè deducere. Amoris ergo proprietatem agnoscite quando exuruntur. Si exuruntur ubi sunt? non amplius apparent. Quare? quia exusta sunt. A quo? ab amore. Quare? quia amor est ignis.

Audistis unquam deum de se dicentem, Deus vester ignis consumens est? Maneat ergo Deus in vobis, maneant sua in vobis Charitas quæ à Deo procedit, & omnia adversa consumpta erunt vobis. Vultis talem consumptionem videre? Inspicite Martyres, Inspicite Apostolos, Inspicite veros Dei ministros, ac Prædicatores, & omnia illis, cum eos in viam mandatorum Dei difficillimorum currere videritis, consumpta judicabitis adversa; Non quidem sic quod ipsa non habuerint (quandoquidem quò sanctiores, eò majores habuerunt tribulationes) sed quia illis, ac si illa non habuissent, minimè nocuerunt; eorumque in via Dei cursum ac si adversa non fuissent nullatenus impediverunt. Ergo immania quæque ac difficilissima, facilia & propè nulla facit amor. Studete igitur Patres Carissimi hujus amoris & Charitatis vincula inter vos servare. Studete obsecro & vos sicut oportet diligere Christum. Qui enim diligit sicut oportet Deum, manifestum quod & mandato ejus per os ministri sui facere nititur.

Pro-

Propter hoc dixit Deus. Esaïæ 66. super illum respiciam qui tremit sermones meos. Dicit enim respiciam, hoc est cura mea dignabor, manum porrigam, in omnibus auxiliator ero, ubertim in eum meam liberalitatem profundam. Hæc igitur omnia recolite, ut respiciat vos Deus, & visitet atque defendat vineam istam quam plantavit dextera sua; & intercedente Beato Justo Ecclesiæ Lugdunensis Antistite, cujus hodiernus dies natalitius, anniversariam promotionem Eminentissimi ac Reverendissimi nostri Pastoris ad Cardinalatus dignitatem nobis sæliciter annunciat, Synodum hanc ita foueat, ut omnis ejus actio quæ jam sæliciter cæpta est, per eum quoque & in tempore opportuno sælicissime firmetur. Dixi.

Oratio Tertia .

Fælicitati Faventinæ Ecclesiæ, cujus optimo Regimini consultum est, statutis sapienti consilio Constitutionibus, ac solemnibus Comitiis die publicè proposueram gratulari . Enim verò hujusmodi Synodalibus decretis, jacto orthodoxæ Fidei fundamento, affurgit moles Ecclesiastici totius Ædificii; hac sepe Vineam Domini circumdata, arcentur Vulpes, & singulares Feri agros Dominicos depascentes; itur his legibus contra carnis legem, quam non sentimus solùm, sed patimur vitio rebellis naturæ . Verum quia post tot Ecclesiasticæ disciplinæ institutiones non bellè instructos Castrorum choros in Sunamitide vestra vos intueri; sed perturbatos ordines, dispersas acies, socordes Duces sæpè audio lamentari, meæ gratulationis causa in argumentum vertitur lacrymarum . Gratulor tamen tibi Faventina Ecclesia non tuas Synodales constitutiones, sed

vigi-

vigilantissimam tui purpurati Præfulis sollicitudinem, qui suarum legum obedientiam quotidie non cessat urgere. Nec deest meæ gratulationi ratio; in ea siquidem semper fui sententia, non legum jubendarum; sed earum exequendarum studium Republicæ omni; sed præsertim Ecclesiasticæ veram, stabilemque parere fælicitatem video uos hæc mihi asserenti humaniter annuere. Ut linguis, & animis faveatis precor, dum liberiori stylo hæc eadem expono.

Opifex rerum omnium Omnipotentia, divino eloquio facunda non minus quam fæcunda, operosam Mundi Molem Verbo fuit operata. Nullæ tanto operi desudarunt Opificum manus: famulantium Ministrorum labores nulli: Architectantium studia nulla; non extollendis Montibus trochleæ, non effodiendis Oceani sinibus ligones; non cælestibus spheris suspendendis adhibita machinamenta. Unica dictio Mundi totius volumen composuit. Vox una Cælorum harmoniæ concentum fecit. Ità divina sapientia

ab initio viarum suarum antequam quidquam faceret à principio lusit in Orbe Terrarum. At ubi venit plenitudo temporis, & mortalitatem induta Terras fuit ingressa, non vocis contenta imperio, non operatoria usa sermone, sed in laboribus à iuventute, quæ verbo tradidit, cælestis disciplinæ documenta opere perfecto non solum consummavit ipsa, sed divinarum suarum institutionum Auditores ad sua sectanda vestigia sedulò provocavit. Optinè gnarus divinus Præceptor novam, quam venerat firmaturus legem, facile abolendam, si illius observandæ studium negligeretur.

Tradiderat hæc æternæ prudentiæ præcepta retroactis temporibus divinus Legislator; cum enim custodiendis legis Tabulis Tabernaculum fieri præcepisset, extrinsecam quidem illius formam supremus veluti Architectus affabrè efformavit; at perficiendo nobili artefacto voluit allaborare filios Israel, qui cum instarent operi, vota quotidie Populus offerebat, ut fæderatum cordis affectibus dexteræ opificiū

cium Domino famularetur. Intellexerant siquidem ostenso Moyſi Arcæ exemplari altè fuiſſe inclamatum : Inſpice , & fac .

Habetis Patres Religioſiſſimi in veſtris Synodalibus conſtitutionibus perfectam Eccleſiaſtici Hominiſ Ideam . In illis delineantur pueri à prima ætate ſacris diſciplinis inſtituendi : deſcribuntur Ordinibus initiati ad omnem honeſtatis formam componendi : exprimuntur munera Paſtoris Animarum vigili cura exercenda . Inſpice , & fac , Uniquique veſtrum ingeminat , Eminentiffimi Præſulis noſtri nunquam intermiſſa ſollicitudo . Inſpice , qua charitate ætas tenerior rudimentis Fidei ſit imbuenda ; adoleſcentior ad ſacra Myſteria præparanda , adultior virtutum ſtudiis reformanda . Inſpice , quam vitæ ſanctitatem ſacri Canones ab Eccleſiæ Reſtoribus depoſcant ; quam ſcientiam ſacrorum rituum ; quam inſtitutionum moralium cognitionem . Inſpice an Eccleſiarum cultus nitido fulgeat ſplendore ; ſacræ ſuppelleſtilis apparatus loci deceat ſanctitatem ,

quotidianum labiorum sacrificium Deo suaviter adoleatur . Inspice, & fac, non otiosus exhibiti exemplaris contemplator; sed sedulus propositæ Ideæ executor . Grassantur in visceribus Diæcesis venena vitiorum, præparata antidota non proderunt, nisi propinentur . Jactatur ventis pravorum affectuum Ecclesiæ Navis, mergetur irruentibus procellis, si Remigum Turba Gubernatoris jussa non faceffat; manus dabimus impetentibus Hostibus, quando Imperatoris leges copiarum Duces detrectent .

Constituit Pontifex æternus Christus Animarum Pastores, tamquam firmissimos cardines, quibus Orbem suum, Ecclesiam videlicet suam portandam, regendam, administrandam imponeret . In vobis illa innititur, ut perpetua succedentium temporum vertigine circumrotetur, & stabili Fidei firmitate perennet . Perpetuabitur nequicquam reluctantibus . Inferorum Portis, si Ecclesiastici Cæli inferiores Orbes primi Mobilis, & superiorum sphaerarum irrequieto motu rapiantur. Qui
irre.

irregulari vehitur rotatu , impetu
scilicet suo , erraticus quasi Planeta,
exlex in hoc Cælo benè non fulget,
infaustus micat cometes .

Divinitus profectò sapientissimi
Patres, in Concilio Tridentino con-
gregati decrevistis , ut Synodales
Conventus, qui iam diu haberi desi-
erant postliminio revocarentur, cum
enim collapsam ubique Ecclesiasti-
cam disciplinam intueremini , & fu-
sis uberim lacrimis deploraretis Ci-
vitatem sanctam Hyerusalem, non
tamquam sponsam ornatam viro
suo decora majestate nitere , sed Ta-
bernaculum Dei cum Hominibus
in Speluncam latronum Fædè con-
versum , factosque sicut Populus Sa-
cerdotes, spes affulsit cælestis sponsæ
pulchritudinem restituendam, nisi
Diæcesana Synodus annis singulis
celebraretur, in quibus adhibitis in
Concilium sapientia, & pietate insi-
gnibus viris eò efficaciores ad mo-
res reformandos leges ab Episcopis
sancirentur, quo maturior habetur
deliberatio, cum ad nostrum Con-
cilium aliorum accedit sententia .
Verum quid proderunt longa pondera-

deratione statutæ leges , firmata decreta , si contumaci subditorum inobedientia contemnantur? Constituuntur jura , cum promulgantur , firmantur , cum moribus Populi approbantur .

Vox erat in Deserto Præcursor Domini Joannes; sed vox clamantis. Clamabat Divini Verbi Præco , & flebili Echo antra docebat respondere voces Pœnitentiæ , quibus excitata è scelerum veterno turbas adfluenta Jordanis properantes salutarè abluit lavacro . Sylvas deinde egressa vox clamantis, in Principum Aulis insonuit , nec cessavit in Regiam impudentiam declamare , donec ferali morte obmutuit . Hoc uno Isaia dissimilis , quod triste ingemuit Isaias , qui tacuit : ultimum gemuit Joannis , quia non tacuit .

Cui veniant comparandi Ecclesiæ Faventinæ Rectores Isaia ne an Joanni , minimè est ambigendum tum quia nulli mihi in Diocesi agnoscuntur Canes muti non valentes latrare , cum quia si in alicujus mores temerè auderem inquirere , extra chorum saltarem , & à proposito

sito mihi scopo aberrarem ; solum enim meæ orationi argumentum præfixi, & hætenus studui stabilire : Ecclesiasticæ Reipublicæ fælicitatem legibus non custodiri, nisi leges ea, qua par est obedientia custodiantur. Neminem arbitror meis dictis ire inficias. Quod si aliquis mihi hoc affirmanti refragatur, eat ad formicam piger, aut me Auctore ad Apum studia contemplanda. Apes, si Principi Poetarum credimus.

*Magnis agitant sub legibus animum
Venturæque Hyemis memores
æstate laborem experiuntur.*


Feruet Sole incalescente dies. Feruet æstu infervescente mellificium Nullus in benè illa instituta Republica Civis otiiatur, torpet nullus. Sortitæ inter se Apes officia, & labores, muneri quæque suo desudant atedò otio, & pigritiæ insensæ, ut si fucos, spurium, & socorde genus apum Alucaribus sentiant advolitare, agmine factò,

*Ignantum fucos pecus à Præsepibus
arcent,*

natura præceptrice intelligentes,
diù

diù Rempublicam stare non posse, in qua Cives otio indulgentes sub legibus recusant laborare . O terque, quaterque beatam Faventinam Ecclesiam , si omnes , quos Deo sacra Chrismata consecrarunt , jurato inter se fædere ignavum quemque à Diœcesi arcerent quâ verbo , quâ exemplo; tunc enim verò Divinum opus ferveret , & Deo nostra sacrificia suavius fragrarent , quam thymo fragrantia mella redoleant . Hanc ego vobis fœlicitatem optatissimam auspikor. Hanc Vos fœcundo germine flaventem metetis , si Synodales vestras constitutiones summo amore , & alacri animo amplectamini , totosque Vos ad earum sententiam, rationemque accommodetis . Præripietis hac vivendi ratione meritum vigilantissimo earum conditori , gratioresque labores vestros Deo , & Populis commendabitis , quò major est commendatio eorum , qui leges colunt , quam qui eas tulerunt , quantò est obedientiæ obsequium officio præcipiendi præstantius . Hoc brevi oratione mihi proposueram exponere .

Hoc Vos eloquentius vestro exemplo confirmatis, qui mutas legum voces loquaces facitis; dum animata Ecclesiasticæ disciplinæ exemplaria vestris moribus exhibetis, minime nescii, Ecclesiæ vestræ felicitatem non legum præcipiendarum, sed earum exequendarum studio contineri.



PERORATIO.

R Eliquum est, ut hæc omnia, Deo adjutor, salubriter hæctenus constituta ad Ecclesiæ Nostræ splendorem quâ restituendum, quâ conservandum, quâ etiam augendum, benevola animi significatione amplectantur omnes, eaque mentis alacritate executioni mandare fatagant, qua uti par est in negotio publicæ tranquillitatis, in quo vertitur æterna salus Animarum. Et quamquam decreta per se, si attentè introspiciantur, satis habent momenti, ex quo intelligatur, quanti facienda sint, quave sit ope alaborandum, ut corde optimo custodia, opere ipso impleantur; gravissima tamen illis ponderis accessio fit propter sapientiam Eminentissimum DD. Cardinalium Carpinei; casanattæ, & Marecotti (Hos ad amplissimam omnis literaturæ laudem, ad cōmendationem prudentiæ præsertim in concernentibus Ecclesiasticam disciplinam nominare satis

G 2 est)

est) qui Synodalia hæc jura benignè collaudarunt . Regnante Sanctissimo Domino Nostro INNOCENTIO PP. XII. cujus Pastoralem charitatem prius feliciter Faventia præsenferat , nunc felicius Orbis terrarum experitur . Patrem igitur misericordiarum , à quo donum omne perfectum , velut à perenni bonorum Fonte dimanat , etiam , atque etiam rogemus in unitate spiritus , ut curas eò nostras , cogitationesque convertat , quò codicibus inscriptas sanctiones , in cordibus etiam sculptas vitæ moribus sedulò exprimamus , ad Dei optimi max. cultum , atque honorem omni ratione amplificandum .

Examinatores

Synodales.

D. Julius Cęsar Laderchius Præpositus Cathedralis Juris Utr. & S. Theol. Doctor.

D. Jo: Leonus Carolus I. V. D.

D. . . . Lega Canonic. Theologus I. V. & S. Theol. D.

D. Parisius Rondininus Canonicus I. V. D.

D. Jo. Baptista Carolus Præpositus Collegiatae Bresighelle I. V. D.

D. Franciscus Tonus Rector S. Stephani I. V. D.

D. Jo: Antonius Marchettus Rector S. Michaelis I. V. & S. Theol. D.

D. Joseph Gasparettus Rector S. Marci I. V. & S. Theol. D.

D. Stephanus Spada Rector S. Hilarii I. V. & S. Theol. D.

D. Octavianus Ponthelongus Rector S. Marię Ugonum I. V. D.

D. Paulus Zudolus Rector S. Salvatoris I. V. D.

- D. Vincentius Bandinus Rector S.
Bartolomei I. V. D.
- D. Bartholomeus Riccius Archipre-
sbiter Canalis Rabati I. V. D.
- D. Franciscus Zambellius Archipre-
sbiter Ruffii I. V. D.
- D. Jacobus Spada Archipresbiter
S. Stephani in Tugurio I. V. D.
- D. Sylvester Lega Archipresbiter
Montis Aprii I. V. D.
- P. Joseph Maria Berta Ordinis Prę-
dicatorum Sacrę Scripturę Ex-
positor.
- P. Thomas Morellus Minister Pro-
vincialis S. Marię Seruorum Sa-
crę Theologię Magister.
- P. Decius Gasparinus Societ. Jesu
Eminentię suę Theologus.
- P. Jo: Andreas de Ariano Ordinis
Reformatorum S. Francisci Sac.
Theol. Magister.


F I N I S .




*Quae hic Errata occurrunt, Revisoris
diligentia Correcta respi-
ciuntur.*

<i>Pag.</i>	<i>Lin.</i>	<i>Errata.</i>	<i>Correcta.</i>
25	22	solemnitatem	solemnitatum
32	25	Populus	Populos
40	12	majorique parte	majorique ex parte
45	1	debent	debet
54	15	Synodo	Synodus
60	14	summi	summo
ibid.	15	exaction	exactioni
62	7	vlieres	mulieres
63	18	incedserit	incedserit
65	4	Qaja	quia
66	10	mystoriorum	mysteriorum
68	15	Ecctetiam	Ecclesiam
69	11	illorum	illarum
ibid.	14	majori parte	majoris partis
76	12	ijidem	ijique
106	4	de	del
119	26	manducaris	manducatis
120	4	vincire	vincite
147	20	Eminentissimum	Eminentissimorum














BIBLIOTECA

NA